SYNONYMORVM SYLVA, OLIM A SIMONE PELEGROMO collecta, & Alphabeto Flandrico ab eodem Authore illustrata: nunc autem è Belgarum sermone in Anglicanum transfusa, & in Alphabeticum ordinem redacta, per *N. F.* ab eodem denuò multis locis emendata, & aucta.

Accesserunt huic editioni Synonyma quædam poëtica, in poëti versantibus perquàm necessaria.

Syn. B. 63. 199

LONDINI,
Typis EDVVARDI GRIFFINI.
Sumptibus RICHARDI WHITAKERI, apud quem prostant, sub Insignibus Regalibus in Cœmeterio D. *Pauli*. 1639.

56...1015,16

CLARISSIMO VIRO DOMINO FRANCISCO WALSINGHAMO, Equiti aurato Et Sereniſſimæ Regiæ Majeſtati à Conſiliis

H. F. felicitatem precatur perpetuam.

Toties in animo meo complector (Honoratiſſime WALSINGHAME*) funeſtas & horrendas illas Chriſtianorum ſtrages ante aliquot annos Pariſiis editas, ex quibus ego inter cæteros, cum ſummo vitæ periculo & diſcrimine elapſus ſum: toties ſoleo de ſingulari Dei erga me bonitate, & apud me præclarè ſentire, & apud alios magnificè prædicare: quod me ſtilicet incolumem & ſalvum ex immaniſſimis illis Galliarum procellis, in patatiſſimum iſtud Angliæ regnum, tanquam in tutiſſimum portum & aſylum dedixerit. Cæterum ut hoc divino munere & beneficio, factum eſſe libenter agnoſco: ſic etiam & eo nomine me multo fœliciorem eſſe ſemper exiſtimavi, quòd ex illo uſque tempore, te patronum mihi indulgentiſſimum ſortitus ſim, cujus ego inſignem beneficentiam toties ſum expertus, ut infinitis officiis me tibi obſtrictum eſſe liberè profitear. Hinc ego tanquam oraculi cujuſdam authoritate permotus, ſæpiſſimè antehac (clariſſime Patrone) de referenda gratia deliberavi: verum nihil hactenus occurrit*

currit, præter exiguum istud munus literatum, quo me tot tantorumque tuorum beneficiorum memorem esse declarassem. Quapropter, ut extaret aliquod observantiæ meæ testimonium, in gratiam vestrorum hominum, ista Pelegromii cujusdam Synonyma è populari & vernaculo Belgarum sermone in Anglicam linguam transferenda esse censui. Quæ quamvis ejusmodi fortasse non sint, ut delicatulis & curiosioribus quibusdam hominibus possint satisfacere : si tamen illa tibi ingrata esse non censuero, abundè magnum laboris mei fructum videbor reportasse. Summis igitur à te precibus contendo, ut libellum istum eo animo quo à me profectus est, accipias ; & eundem in patrocinium & tutelam tuam recipere digneris : illud enim planè persuasum habeo, eum vel propterea aliis gratiorem esse futurum, quod splendidissimo tuo nomine, quasi eximia quadam gemma insignitus sit. Deus Opt. Max. Dominationem tuam, & ad Ecclesiæ suæ propagationem, & ad perfectam reip. confirmationem quàm diutissimè servet incolumem, Londini 10. *Octob.*

Tuæ dignitatis studiosissimus, *Id. F.*

IO. SERRANVS DE SYNONYMIS

Ad LECTORVM.

VT Studiosus delectum quendam Synonymorum habere possit, ac modum variandæ orationis per Synonymiam; nos ex paucis veluti per transennam indicabimus: Nam plenam ac perfectam doctrinam ea de re tradere, jam non est nostri instituti, nec illa brevibus vel paucis absolvi posset. Quare exactam & accuratam methodum aliis relinquimus ac permittimus, quibus vel tantum ocii supereſt, vel quos id studiorum genus delectat. Nobis satis erit, si vel viam utcunque monstraverimus: Ea autem Synonymorum, sive per Synonymiam variandi ratio, primum ac omnium maximè ex Dialectica traditione desumi poterit. Nam Dialectica maximè omnium, & ante omnia id agit, ut doceat nos de rebus propriè, certò, appositè, vere, ac infallibiliter loqui. Ac ideo præscribit nobis, quomodo omnium rerum essentiam, sive existentiam, aut substantiam, genus, species, proprietates, conditiones, accidentia, quantitates, qualitates, relationes, actiones, passiones, tempora, locos, situs, habitus, dispositiones, formas & figuras, cognata, affinia, partes, similitudines, contrarietates, causas, officia, & effectus, sicut Dialectici Doctores præciplunt, collocare possimus. Ex ejusmodi con-

ditionum, proprietatum, accidentium & causarum multiplicitate, nascitur rerum appellendarum & describendarum multitudo ac varietas. Primum enim à genere, sicut à patre, avo, &c. liberis imponuntur nomina, ut Agamemnon dicitur à patre Atrides, Hector Priamides, Achilles, Æacides, &c. Et Romani dicuntur Dardani à Dardano, Æneadæ ab Ænea, Romani à Romulo. Deinde à specie oritur generalis appellatio, ut cùm hominem aliquoties animal vocamus, aut justitiam, virtutem dicimus, & pium dicimus, qui omni virtute ac Christiana fide est præditus. Secundo & à differentia sumuntur appellationes, sicut animus dicitur anima, eò quòd vegetat, Spiritus, quòd contemplatur. Sensus quòd sentit, Animus quòd sapit, Mens quòd intelligit, Ratio quòd discernit, Memoria quòd recordatur, Voluntas quòd vult. Sunt enim quoad substantiam, eadem. Differunt autem ejusmodi qualitatum conditionibus. Sic etiam flendi varia est differentia: Flere enim est lachrymas plangere, & est hominum tantùm Lachrymare, sive lachrymari, est lachrymas effundere, & fit interdum sine sono, & transferetur etiam ad vices. Lugere est valdè flere, & est in luctu ac lugubri habitu esse ex obitu charæ necessariæque personæ. Gemere est cùm præangustia ex pectore sonus erumpit. Plangere, est percussione ac verberatione pectoris, capitis, vultus, aliorumve membrorum se dolore afficere. Ploratus est voce flebili & effusa dolorem suum operire. Atque hinc proveniunt species, ut Animæ species sunt: Anima, Spiritus, Sensus, Animus, Mens, Ratio, Memoria, Voluntas. Fletus, species sunt: Lachrymæ, luctus, gemitus, planctus, ploratus. Odores

boni

boni ſpecies ſunt: Sapor, acor, nidor. Mali vero: Fœtor, pædor, putor, rancor, ſqualor, ſordes, ſitus. Ac aliquoties ejuſmodi ſpecierum vocabulis promiſcuè utimur.

Tum etiam à proprietatibus rerum fit denominatio, ut hominem à loquendi proprietate ſæpe loquacem, etiam locutuleium, item etiam dicacem, aliàs blateronem, blateratorem, aut etiam nugonem, nugatorem. Et ab edendo: Edacem, edonem. A bibendo: Bibacem, bibulum, bibonem, biboſum, bibaculum. Simili modo & ab Officiis ſortiuntur ſæpe varia ac multiplicia nomina, ut cùm Joannes dicitur Baptiſta, Lucas, Evangeliſta, atque etiam medicus. Paulus, Apoſtolus. Et Julius dictus fuit Tribunus: Quæſtor, Ædilis, Pontifex, Max. Prætor, Conſul, Cæſar & Imperator, ſcilicet ab officiis, quæ ſubinde geſſerat. Nam ita poteſtatum & officiorum innumera fere extant nomina. Ad eundem modum artifices ſua accipiunt nomina: ut, agricola, ſive Agricolator ab agris colendis; Ruſticus ſive Ruricola à rure colendo; Colonus à terra colenda. Hinc ſunt denominationes Fabrorum lignariorum, ferrariorum, ſerariorum, auraríorum, argentariorum. Ejuſmodi denominationes fiunt aliquando etiam à reliquis accidentibus, velut ab actione & paſſione. Nam Deus dicitur Factor & Creator cœli & terræ. Et quæ facta ſunt dicuntur facturæ & creaturæ, item opus manuum ejus. A tempore, ſicut habitacula quædam nominantur æſtiva, aut hybernalia, vernalia, brumalia ſive hyemalia: Item homo ab ætate infans, puer, adoleſcens juvenis, vir, ſenex, decrepitus. Sic adoleſcens dicitur Ephebus, & puella nubilis, apta, matura viro. Et ſæpe

res pro temporis varietate varia sortiuntur nomina, ut Hierusalem dicebatur primùm Jebus, deinde Hierusalem, & post devastationem, Ælia.

A loco, ut qui apud Græcos dicebantur Philosophi, apud Persas Magi, apud Gallos Druydæ, apud Indos Gymnosophistæ, apud Ægyptios Sacerdotes, apud Hebræos Prophetæ, apud Latinos sapientes, & apud Assyrios Chaldæi nominabantur.

A situ, ut Hierusalem, a monte Zion, etiam Zion appellabatur.

Ab habitu, ut Philosophus, Orator, Poeta, Musicus, Theologus, Jurista, Medicus.

A forma & pulchritudine, ut cùm aliquem nominamus, Venerem, Helenam: aut etiam deformitate, ut cum dicimus aliquem esse Thersitem, Æsopum, Corytheum.

A figura, ut quando mensarios orbiculos à rotunditate, orbes, sive à quadrata figura quadratas dicimus. Sic mensæ etiam Tripodes dicuntur.

A cognatis, ut ab Æmylio cognominatur familia Æmylianorum, sive Æmyliani, ab Israeli Israelitæ, ab Ismaeli Ismaelitæ, à Juda Judæi, &c.

A similitudine, ut ubi hortos appellamus Paradisos, puellas Veneres.

A contrarietate, ut cum bellandi exercitum bellum dicimus, quasi minimè bellum, hoc est bonum. Aut quando per Ironiam aliquem vocamus Poetam, Musicum, oratorem. Aut ut est in proverbio, Tertius Cato, Octavus sapientum, Alter Hercules. Sic & à causis variæ & diversæ sumuntur appellationes: ut à causa efficiente, Occisor, Necator, Interfector, Trucidator, Homicida, Patricida, Matricida, Fratricida,

Fratricida, Adulteri, Mœchus, Mœchator, Pater, Genitor, Author ſobolis, Parens, Mater, Genetrix.

A materia, ut à terra dicuntur homines terreni, terreſtres, terrei, humei, quaſi ex terra humoque facti, Janua ferrea: literis literatus, literarum peritus, ſciens, expers. Sic librum ſive volumen vocamus codicem à materia, eo quod ex corticibus olim compingebantur libri.

A cauſa formali, ſicut liber dicitur volumen à volvendo. Item fur dicitur Manticularius ſive Manticulator, marſupicida, ſaccularius, peculator, ſuppilator, eo quod furando ejuſmodi formis & modis uti ſolet: manticulas enim attractat, ut furetur, ac inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificioſo dolo aperit, evacuat & pecunias aufert. Tum à marſupiis ſecandis, ſive abſcindendis marſupicida dicitur: vocatur & ſaccularius à ſaculis ſub veſte latentibus, in quos furtivam rem reponit. Et peculator, quod aliorum bona furtivè ſibi peculiaria & propria, ac ad ſe pertinere faciat. Et ſuppilator ab eo quod clanculariè rapit. Sic negotiandi forma eſt, inire comercia, exercere commercia, ſive mercaturam, & mercare & contrahere commercia. Negociator enim à negotiando hiſce formis utitur. Primum enim init commercia, hoc eſt, aggreditur mercandi negotium. Deinde inter negotiandum exercet commercia, ſive mercaturam. Tum qui vult mercaturam exercere, opus eſt ut mercetur, id eſt, Emat ac vendat merces. Poſtremo neceſſe erit, ut emptas merces in unum contrahat atque comportet. Et cauſa efficiens, appellatur negotiator, exercens

exercens commercia ſive mercaturam, mercator. Sic etiam uxoris ducendæ forma eſt: Contrahere, inire matrimonium, jungi fœdere matrimonii, copulari, ſortiri conjugium, vinculis jugalibus ſeſe innectere, ducere uxorem: Nam matrimonii copulatio eſt quodammodo contractus. In iſtiuſmodi verò contractu, duo junguntur ac copulantur fœdere matrimonii, atque ita demum ſortitur, id eſt, ſorte ſive fato quodam acquirit conjugium, atque ſeſe ita annectit vinculis jugalibus, ac poſtremùm ducit uxorem ſecum domum.

Pœnitentia ſive pœnitendi forma eſt, duci pœnitentia, ſubire pœnitentiam, Agnoſcere peccatum, errorem & culpam, Dolere, triſtari, angi, cruciari propter peccatum, errorem & culpam. Timere, formidare, horrere iram, minas ac judicium Dei, pœnas, cruciatus, ignes infernales, ac mortem æternam. Nam qui pœnitet, ducitur quodammodo à vita impœnitente, ad vitam pœnitentem; ab errore, ad veritatem; à peccato, ad juſtitiam. Et qui patitur ita ſe duci, is quodammodo ſubit jugum pœnitentiæ. Et id fit dum tandem incipimus rectè ſapere, ac intelligimus agnoſcimuſque hactenus nos erraſſe ac peccaſſe, nos incidiſſe in iram ac judicium Dei, ac meruiſſe æternum ſupplicium: Huc ubi ventum fuerit, tunc incipimus dolere, triſtari, mœrere, angi, cruciari, ac omnibus modis affligi, tunc cor incipit timere, pavere, formidare, ac horrere iram, minas ac judicium Dei.

A cauſa finali: Nam ubi tres cauſæ anteriores recto & juſto ordine præceſſerunt, tunc ſequitur finis rectus ac bonus. Sin minus; ſequitur finis pravus, ut

ubi

ubi appellamus aliquem doctum, literatum, eruditum, gnarum, peritum, ſcientem, expertúmque. Nam is ſolet eſſe finis bonæ inſtitutionis. Eodem modo quoties appellamus aliquem Poetam, Oratorem, Muſicum, &c. contra qui nihil diſcet, neque à quoquam inſtitutus eſt, eum vocare ſolemus, idiotam, indoctum, inertem, inexpertum, illiteratum, rudem, &c. Nam is finis comitatur eos, qui diſciplinam aſpernantur, ac negligunt. Ita candide Lector, vides unde fiat, & quibus ex fontibus proveniat, quod ſæpe uni rei plures appellationes aſcribantur, & quod de una eademque re plurifariam ac diverſis modis loqui ſolemus, ita tamen, ut ſemper eandem & nullam aliam rem intelligamus, nempe ſi Dialecticos locos (quibus unamquamque rem deſcribere ac definire ſolent) probè conſideraveris, in juſtum ordinem tibi præſcripſeris, memoriæque mandaveris, tum ſæpe vel ex ſingulis aut pleriſque ex locis unamquamptam vel denominationem, definitionem, vel deſcriptionem deſumere, atque orationem tuam variare poteris. Nam hoc ipſum & Grammaticus, & Dialecticus Rhetor agunt. Grammaticus enim, ubi tibi deſcribit vocum ſignificationes, ac vult tibi earundem ſignificationem, rationem & cauſam reddere, tunc ducit ſuam rationem ſive cauſam à quopiam iſtorum locorum, & ait: Hæc res inde ejuſmodi ſignificationem habet, nempe à patre, à majoribus, ab ejus auctore, ab officio, à loco, à ſitu, ab habitu, à tali forma, ſive figura, à materia, propter hunc finem, &c. Tum ſi inſpicias, quos tradit Grammaticus varios loquendi modos, tum advertes ejuſmodi loquendi modos ex hiſce promanare fontibus, ut cum

dicit

dicit. Dare negotium idem est quod mandare: Nam mandati causa finalis est negotium, ita ut qui mandatum vellt exequi, negotiosus sit necesse est. Dare palmam, idem est quod victoriam concedere. Palma autem signum est victoriæ, qui ergo palmam alteri præbet, significat eum victorem. Dare effectum, significat expedire. Qui enim rem aliquam efficit elaboravit, absolvit, jam offert, dat ac præbet ei, cui debet. Emungere pecuniam, id est, extorquere pecuniam à similitudine. Facilius enim quispiam à quopiam è naso mucum emungeret, quàm è sene pecuniam adipisceretur. Obire munus, est acceptare officium. Qui enim officium acceptat, videtur obire ingens negotiorum munus. Ita ubi libet, si modo animum advertas, experieris in omnibus loquendi modis aliquam subesse causam. Sicut D. Erasm. Roterodamus in suis Chiliadibus, nihil aliud agit, quam ut doceat, unde, quibus ex causis proverbiorum sententiæ ortæ sint. Deinde, & idem agit Dialecticus in suo dicendi genere. Nam postquam rerum conditiones ac proprietates per locos supra nominatos edocuit, tum inde porro reliquam suam tractationem prosequitur. Docet enim inde conficere definitiones, divisiones, propositiones & argumentationes. Et daturus alicujus rei definitionem, sumet eam, aut ex rei essentia, aut à genere per species, aut per propria, aut ab accidentibus, aut a causis, aut officiis, aut membris, &c. Deinde ostendens definitionem, certitudinem veram, Synonymiæ rationem tradit. Docet enim definitiones ac propositiones convertendas, atque ita experiri, an conversa æquipolleant. Nam primum postquam rem aliquam docuit definire ex rei sub-

stantia

ſtantia, tum definitionem docet convertendam, hoc eſt, aut ſubjectum in locum prædicati, ac prædicatum in locum ſubjecti collocandum, aut ſignis aliquibus abjectis aliquo modo commutandum: ut, potus eſt liquor ad bibendum aptus. Hac definitione data, jubet eandem definitionem tranſpoſitis vocabulis convertere, ac ſic indagare, an definitio ſit vera ac certa, nempe ita: Liquor ad bibendum aptus eſt potus. Ecce jam habes Synonymiam, nam utro modo efferas, idem ſonat: Sic avaritia, eſt omnium rerum cupiditas, omnium rerum cupiditas, eſt avaritia, Et ſic agit Dialecticus in omnis generis definitionibus.

Poſtremò etiam Rhetor, etiam ſi omnia ornate, eleganter, amplificè ac ſplendidè dicere ſtudeat: & omnem ſuam dicendi rationem, ad applauſum, vel audientium, vel legentium inſtituat, tamen hiſce ſupra nominatis dialecticis locis, ceu fundamento nititur. Nam utcunque rem amplificent, tamen cuncta argumenta ad hujuſmodi locos referri poſſunt, ſicuti illorum libri nobis multis & plenisſimè tradunt. Huc facit etiam, quod Rhetores plurima de Schematibus, tropis ac figuris dictionum, locutionis ac ſententiarum præcipiunt. Hujuſmodi enim præceptionibus, nihil aliud agunt, quam ut nos erudire conentur, quam variis modis ac figuris eandem rem nominare, vel eandem ſententiam efferre valeamus. Quare qui Synonymiæ ac orationis variandæ rationem perdiſcere deſideret, is dicendi artes, hoc eſt, Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam quam diligentiſſimè ediſcat, præcipuè vero Dialecticam, & maximè ea parte, ubi locos proponit, quibus rerum

con-

conditiones, proprietates, accidentia & cauſas explicat, quos quiſque ſibi quàm familiariſſimè efficiat, ac ita perdiſcat, memoriæque commendet, ut eos ad unguem calleat. Sic enim & Grammaticorum & Rhetorum præceptiones quàm dexterrimè intelliget, & ad dicendi facultatem cõmodiſſimam viam ſibi parabit. Tum etiam plurimum faciet ad Synonymiæ rationem, qua diſcet de una re plurifariam loqui, quos deinde loquendi modos ſibi quiſque ad ſuum uſum reſervabit, quos poſtea ad quamvis cauſam pro rerum ratione ac circumſtantia accommodare potuit. Nam Synonymia & ratio variandæ orationis etiam eò valet, ut inde etiam vocum & orationis proprietas perdiſcatur. Ubi enim didiceris de una re varie multiſque modis loqui, tunc judicium eſt adhibendum, qua in cauſa, quo loco, quo tempore, apud quos, quivis loquendi modus adhibendus ſit. Id quod quiſque uſu & exercitatione perdiſcet. Ad hæc non parum ad rem faciet, ſi ſtudioſus puer diligenter & aſſiduè verſetur in legendis bonis authoribus, ac in eis attendat & notet, quibus quiſque loquendi modis uti ſoleat, quo eorum imitatione etiam ſibi elegantem dicendi facultatem parare poſſit. Quamobrem, ſtudioſe lector, aliquot tibi in hoc libello ex bonis authoribus exempla propoſita ſunt, quibus & uti poſſis, & ad horum imitationem ſimilia & plura, effingere valeas. Vale.

CAR-

CARMEN DOMINICI SYLVII medici Busciducensis.

SI studiose puer verborum divite vena
Scribere, cum magna carmina laude, paras;
Si scribenda tibi sit epistola docta, Latini
Sermonis larga fertilitate scatens;
Hunc eme, quem variis Pelgromius dotibus ingens,
Auctum dat mira dexteritate, librum.
Quin, ne quid desit, tibi Graeca vocabula passim
Addidit, assuescas scribere ut Argolice.

JOHANNIS NEMII HEXASTIchon constans Hexametro & Iambico Trimetro.

VT Philomuse puer Romanum pangere carmen
Queas, habeto hanc verbulorum copiam.
Ut quoque epistolium scite conscribere possis,
Discenda adest vocabulorum copia.
Ut valeas etiam conjungere Graeca Latinis,
Smaragdinam hanc Pelegromii sylvam pete.

IONICI GEORGII
Macropedii.

SI Heliconis puer optas juga adire,
Neque opacas, neque olentes aliorum,
Sed amœnam Pelegromi pete ſylvam.
Iter hâc eſt ad amicas tibi Muſas,
(Modo credas) Latias atque Pelaſgas.

HIERONYMI VERLENSI
Gymnaſiarchæ Buſciducenſis
Hendecaſyllabum.

SI queris Latiæ puer loquelæ
Voces, diuite perſonare lingua;
Huc greſſus agedum citos moveto.
Hîc vocum tibi cultior ſupellex,
Hîc oratio mundior paratur.
Unus tanta dabit libellus, hunc tu
Vero nomine nuncupare ſi vis,
Cornu dicere copiæ licebit.

CORNELII DIESTEMII
hexaſtichon in Sylvam Synonymorum
Symonis Pelegromii.

SYlva refrondeſcens foliis purgata caducis,
Vernas, cum magno fœnore fundit opes.
Hûc age, flecte pedes nemoris ſpaciare ſub umbra.
Paſſim cum Latiis, Attica poma leges.
Hac inſiſte via, quoquo dare vela peroptas,
Ad metam, certo tramite, pervenies.

A

An Abbat, vide Bishop.

to Abash, to fray, to feare.

Conturbare metu
Terrorem, metum, vel pavorem alicui afferre, injicere, incutere, & inferre, terrefacere, stupefacere obstupefacere, obstupere, obstupescere, stupescere, stupere.
Terrere, & faciunt geminos ensis & unda metus
Concussa pectora, animi turbati
Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.
Obstupuit, steterantque comæ & vox faucibus hæsit
Attonitus visu ac voce deorum,
Attonitis inhiare animis
Animo exterritus
Obstupuere animi, vide to feare.

Abashed, vide Astonied.

to Abate in a Reckoning.

Decidere partem, quod vulgo dicimus defalcare, detrahere, subtrahere, decurtare, Cic. Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide
Deducere partem, apud Afranium, pro demere de summa
Deducere de rationibus

to Abate in courage, vide a Base minde, and despaire.

to abhorre a thing, vide to Loathe.

to Abide. to suffer great griefes or paines.

Sustinere, pati, ferre dolorem immodicum, gravem, acerbum, incredibilem, qui vix ferri possit
Acutissimum capio, suscipio, haurio, traho dolorem
Cruciatibus angor, conficior, excrucior, torqueor, vexor, perturbor, frangor, discrucior, divellor, dirumpor, perimor, interimor, exanimor, opprimor, perdor
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, divexat perturbat, afficit, gravat
Concidit, cecidit animus ictu doloris, vi curarum, concursu molestiarum labefactatus, convulsus, percussus est.
Iaceo in mœrore ac sordibus
Curis & ægritudine maceror
Contabesco acerba sollicitudine, gravi cura angore, ac mœrore, vide to suffer.

to be able, or may or can.

Valere
Posse
Queo. Salust.
Potesse apud Comicos
Habere potestatem, facultatem.
Vires, vim habere
Potens esse
Viribus valere ad aliquid agendum.

Able, vide Apt.

not Able.

to Abolish, to undoe, to disannull, to Repeale.

Irritare, Irritum facere
Cassare, Infirmare
Leges rescindere,
Decreta scindere, Revellere
Invalidum reddere

In nihilum redigere. Tollere.
Retexere, Revocare
Leges, tabulas reficere, frangere
Abrogare, Antiquare, Abolere
Annihilare, ἀκυροῦν
Consuetudinem malam radicitus evellere, 8. distinct.
Inducere decretum, Senatusconsultum, Sueton.
Inducere locationem, pro irritum facere contractum, & abrogare, Cic. Hic ager omnis quoquo pacto coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Rumpere rogationes
Edicta rumpere, apud Horat.
Errores crassos, cacoethes, abusus, superstitiones in Ecclesia subnatas abrogare, tollere, expungere, corrigere.

abolished, vide out of Use.

absolute, perfect.

Perfectum, Absolutum
Completum, Plenum
Summum, Elaboratum
Expolitum, Perpolitum
Expletum omnibus suis partibus
Omnes numeros habens, ut Stoici dicunt.
Dexterum, id est, perfectum, Virg.

to abstaine from meat.

Cibo parcere, parcius uti.
De cibo detrahere, temperare, abstinere, moderari, vel ei cibum minuere.

abundance, plenty, store.

Abundantia, Exuberantia
Multitudo, Affluentia
Opulentia, Satietas, Plenitudo
Copia, Luxus, Ubertas
Prodiga rerum luxuries
Redundantia, quam vulgus superfluitatem vocat.

abundant, plentifull.

Affluens, Profusus
Abundans, σφοδρὰ μέτρον
Redundans, Supervacuum
Superfluum, Supervacaneum
Huber, Exuberans
Copiosum, Cumulatum
Dives, Locuples
Supra vota suppetens.

abundantly, plentifully, or coplously.

Abundè, Abundanter
Ubertim, Profusè
Uberrimè, Dapsilè
Affluenter, Satis superque
Copiosè, Affatim
Largiter, Largè
Locupletissimè, Cumulatim
Cumulatissimè, Plena manu
Pleno cornu, Ampliter
Opinè atque opiparè. Plaut. vide.

to abound in great plenty, to have great store.

Abundare, πλουτεῖν, Redundare, Scaturire, Superare
Superabundare, Exuberare
Superfluere, Profluere
Affluere tam bonis quàm malis
Copiam habere magnam & locupletem
Supra modum quippiam possidere
Circumfluere. Cic. ad At. 2.
Circumfluens gloria, Scatere.

acceptible, vide Deare.

to account or reckon.

Reddere, seu etiam facere rationem expensam
Referre rationem seu impensam
Impensam ad calculum reducere
Computare, ψηφίζειν
Calculum ponere seu rationem
Supputare
Συναριθμεῖν λόγον in Euange.

Ratiunculam

Ratiunculam redderè
Ratiunculam ſubducere
Λόγον καὶ λόγους δοσφέρειν.
Sumptuum rationem ſubducere
Λογιζολογεῖδης
Calculare, Ratiocinari:
Ad calculum reducere, Cicero
Facere calculum
Dücere rationem, λογιζεῖδης
Subducere ad nummum
Facere computationem, apud Aſco.
Dare calculum, rationem,
Rationem inire
Ad circulos notare
¶ Rationem rectè, ſcite ſubducere,
Rectam rationem colligere, to caſt a true account, conſtanti ratione.

my accompts being caſt up, I ſhall know my loſſe.

Putatis, Suppütatis, Dúctis, ſubductis rationib. rerum mearum faciam, colligam, percipiam, perſtringam, conficiam, deprehendam, intelligam, ſentiam rei familiaris jacturam, Damnum, Detrimentum.

an accompt or reckoning.

Ratiocinatio, λόγος
Supputatio, Subductio
Computus, & computatio vulgo dicitur, ſed minus Latine
Expenſarum ratio, apud Ciceronem eſt ratio ſumptuaria.
Ratio dati & accepti, expenſi & accepti: Calculus
Tabulæ accepti & expenſi
Conficere tabulas, rationes, in ordinem, quod vulgus dicit Regiſtrum facere in quo ſcilicet accepti datique ratio notatur
Expenſi, impenſique rationem deſcribere, to write a reckoning.
Codex, liber rationarius, regiſtrum vulgo dicitur, a reckoning-booke.

to overſee or examine an account.

Rationes diſpungere, ſignificat data & accepta conferre, excutere & examinare. Hinc diſpunctio pro diligenti examinatione percunctatione neque accipitur, ut ſcribit Alciatus, quod veteres ſolidi fuerint rationes, quum data & accepta conſtitiſſent, tranſverſo puncto confodere. Rationes diu peractas abſolutaſque recognoſcere.

of no account.

Nullius pretii, Infimæ condition, obſcuri loci, nullius ordinis
Deſpectus, abjectus, contemptus
Nulla majorum Jauſe commendatus, honeſtatus, nobilitatus.

a maſter, or auditour of accounts.

A rationibus, A calculis.
Ratiocinator, quem Cicero vocat calculatorem
¶ Magiſter rationum Curiæ, quem Contrarollarium vulgo vocant, controuller.

of one accord, conſent, heart or will.

Unanimis, vel Unanimus
Concors, conſentiens.

with one accord and conſent.

Unanimiter
Conjunctis ſententiis
Concorditer
Una mente, uno ore. Pari voto & uno conſenſu, uno animo atque una voce, vide conſent.

to doe a thing with one accord or consent.

Compositorem gerere, agere, facere
Ex pacto ἐκ συνθήκης, composito rem gerere
Facere de compacto, apud Plaut.
Ex composito, ἐκ παρασκευῆς:
Compositu factum est, Terent.
Nihil non ex composito fecimus
Pactum servavimus. Plinius.

to accuse one, or to lay to his charge.

Arguere aliquem furti, pecuniæ inversæ
Dicam scribere, vel impingere
Crimen objicere, pro quo inferre crimen Cicero dixit
Crimen intendere
Accusationem contra aliquem instituere
Contra venire, Cic.
Crimen impingere, quod Græci
δίκην ἐπιγράφειν dicunt
Δίκῃ ἀδικίας ἁλῶναι
Reum agere, Accusare, poscere
Incusare, Culpare
Insimulare, Sugillare
Criminari, Deferre aliquem:
Aliquem in crimen vocare:
Furti aliquem alligare, agere:
Crimen conferre, conjicere in aliquem
Crimina congerere
Judicare reum
Acquirere, capite, vel capitis, pro criminaliter contra aliquem procedere
Similiter Accersere, vel arcessere aliquem in judicium capitis, Cic. unde capitis accersiri, **to accuse of a deadly offence or crime**, apud Plutarchum.
Capitalibus criminationibus, mendacibus calumniis capitis aliquem expetere.
Calumniari
Criminibus falsis insimulare
Falsum crimen intendere in aliquem, **to accuse falsly.**

not accustomed to labour

Nondum es assuetus, assuefactus laboribus
Labores ferre, sustinere non consuevisti, sensisti, tulisti
In laboribus versatus, exercitatus, rudis & insolens es
Nondum tibi labor familiaris est
Laboris impatiens. vide **wont.**

acquaintance.

Notitia, Consuetudo, Conversatio
Conjunctio, Familiaritas, Usus.

to atchieve, vide **End**

to be acquainted or familiar with one, to be conversant or keepe company with.

Agere consuetudinem, exercere
Familiariter uti, Vivitare
Domesticam agere consuetudinem,
Versari, Conversari
In perditissima juvenum colluvione versari
Commercium habere, seu rationem
Unde, malorum commercio reddimur deteriores.

to enter an action in the Law against one. or to sue one in the Law.

Citare in jus, Citare
Litem movere, apud Ciceronem
Trahere ad judicem, ad subsellia
Per fora trahere

Actiones

Actionem intendere, instruere, to make his complaint
In ius ducere, trahere, vocare, rapere
Ἐλκύειν
Obtorto collo in ius trahere, Hiero.
Educere in jus, Litem intendere
Δίκην λαγχάνειν
Convenire aliquem in jus. Ad judicem vocare. Vocare in crimen
In judicium trahere, ducere
Καταγράφειν εἰς ἀγῶνα
Postulare aliquem injuriarum
Dicam alicui scribere vel impingere
Molestissimis litibus aliquem involvere
Odiosis aliquem divexare litibus
Diem dicere, vide to Sue.

an Act of Parliament, vide Commandement.

Added or Put unto.

Adscriptus, Annumeratus
Additus, Adscitus
Accersitus, Lectus
Receptus, relatus, positus, collocatus, recensitus, in studiosorum numerum, in amicorum album relatus.

to Adorne, vide to Beautifie.

to Advance, vide to Promote.

to advance learning, vide Learning.

to Adventure upon fortune, vide Fortune and Danger.

an Adversary, vide For.

Adversity, vide ill Fortune.

to Advertise secretly, vide to warne, and to put in remembrance.

Advised, vide Circumspect.

by your Advice, vide, by your Counsell.

to commit Adultery.

Adulterare, & Adulterari
Mœchari μοιχεύειν
Mœchisare, apud Plautum
Adulterium committere, inferre
Sitientibus agris propriis alienos irrigare metaphoricôs
Alienum arare fundum
Ἀλλοτρίῳ ἀρουρεῖν ἀροῦν
Cum aliena uxore rem habere
Capere usuram corporis uxoris alterius, apud Plaut.
Alterius thorum maculare, polluere.
Uxores aliorum futuere, permolere.

an Adulterer or Cuckold-maker.

Mœchus, Adulter, Horat. Taurus dicitur.
Cucullus & Curruca, proverbio dicitur, apud Juvenalem & Plaut.
¶ Mœcha, Adultera, Succuba.
Alieno marito se subjiciens.

Adultery.

Adulterium, Mœchia, furta
Furtivi complexus
Stuprum apud Quintilianum & Plautum pro eodem.

to Admonish, vide Exhort.

an Advocate, vide Atturney

Affability, vide Courtesie.

Affection.

Affectus, Studium Animus, Voluntas, Libido, vide Will.

Affectuously.

Intimè, Cupidè, Ambitiosè
Curiosè, Voluntariè, vel ὁ.

to affirme, to assure.

Adserere, vel asserere
Astruere efficacibus argumentis
Certò dicere
Pollicери pro affirmare, apud Cic.
Συμβεβαίζω Asseverare
Affirmare, διαβεβαιῶμαι
Instare factum, Terent.
Ille instat factum
Omni asseveratione confirmare
Asseverantius dicere
Corroborare. Ratum habere
Pleno ore affirmare, ut aiunt, nam veri periculum non ad me recipio Soli

afterward, or after this.

Postea, Postquam
Posteaquam, post, ubi,
Post ubi, Simulac.

againe, exclaimes.

Rursus & Rursum
Πάλιν πάλιν Iterum, De
Iterato in sacris literis, Secundo
Ἐξ ἀρχῆς De integro
A novo vulgus dicit
¶ Vicissim, per vices, vice versa
Ἀλλήλως Alternatim, ἀμοιβαίως
Alternis, Alternè, παλιλλήλως
Nunc unum, nunc aliud.

against, or contrary.

Contra πρός cum gen.
Adversus & adversum, præpositiones
Præter, Terent. Præter civium morem atque legem. In cum accusativo.
Ad pro contra quoque ponitur
Erga, sed sæpissime in bonam partem, quamvis etiam in malam reperiatur, apud Tacitum & Livium.

to be against or contrary.

Adversari, Obsistere, Obstare,
Oppugnare, Impugnare,
Resistere, obluctari, Reluctari,
Obniti, Reniti, Repugnare,
Contra stare.

age, time, everlasting, perpetuall.

Ætas, sæculum, ævum
Perpetuus, a, um. Sempiternus, a, um
Sempiternitas
Æternus, a, um
Perpetuitas, perpetuò adverb.
Æternitas, vide Old.

aged, or old of 12. yeeres.

Annos duodecim natus est
Duodecimum ætatis annum agit
Ætas ejus est duodecim annorum
Duodecimum ætatis annum non excessit, non egressus est.

the prime, the flower of age or time.

Flores ætatis, Integra, Firma, Valida es ætate.
Ætate viges, Validus & Firmus es.

of one or like age.

Coævus ἡλικιώτης
Coætaneus, Æquævus
Ejusdem ætatis, eadem ætate
Æqualis
Collactaneus, simul lacte nutritus
Ætate conjunctus
Par ætate & annis
Contemporaneus
Synchronius συγχρόνιος.

aged, vide old.

to agree, vide to consent.

to agree with the time, to be even and tumpe with the world or time.

Omnium horarum hominem agere
Comparere se ad omnia
Regionis moribus servire, obsecundare
Se moribus quorumlibet attemperare, accommodare
Scire foro uti
Servire scenæ occasioni
Polypi mentem habere
Πολύποδος νοῦν ἔχειν
Rebus præsentibus, tempori, loco, sese accommodare
Insanire cum insanientibus
Τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι
Uti foro. Tempori cedere
Tempori servire, pro tempore agere
Καιρῷ λαβύσσειν, Phocill.
Omnibus vel tempori se accommodare
Ἀκαπτεῖν καιρὸν ἢ καιρόν
Opportunitatem expectare
Καιρὸν φυλάττειν
Necessitati parere
Tempus spectare aptum
Observare temporis occasionem
Amiculum pro venti aptare flatu.

agreement or concord.

Concordia, Mutua gratia, Vnio
Consensio, Pax publica. Tranquillitas, Voluntatum, Studiorum & Sententiarum summa consensio, Cic.
Consensus omnium rerum
Idem velle & idem nolle.
Eodem animo eadem & sentire & decernere.
Vnanimitas
Unus omnium rationum consensus.
Consentiens voluntas
¶ Concordia parvas res videas crescere, discordia vero splendidas, maximasque opes dilabi ac deflorere
¶ Concordia, respub. omnis constat quantumuis parva, necnon opes conservantur maximæ, & augentur exiguæ. Contra, factionibus & dissidiis opulentissimæ quæque & celeberrimæ civitates funditus excinduntur. vide Promises.

an agreement of peace, vide Leagne.

to ayd, vide helpe.

the ayer.

Aer, ἀὴρ, Cœlum, Aether
Jupiter pro aere, apud poetas
Æquor pro aere, apud Virg.
Inane pro aere, apud Lucret.

a sweet Ayer, vide faire weather.

an ale-feast, vide banquet.

aloft, vide high.

although, notwithstanding.

Etsi, Etiamsi, Tametsi, Cum
Ut pro quanquam, Licet, acsi
Quanquam, Quamvis, εἰ καί.

all or every one.

Omnis, totus, Cunctus
Universus, Unusquisque
Quisque, Singuli.

To allure, to intice, or to winne one by faire meanes.

Allicere, ἀλλάζειν,
Allectare, ἄγειν, cum gen.

Lactare. Allectare
Variis allectare lenociniis
Pellicare, Illicere
Invitare, Lenocinari
Capere illecebris, blanditiis,
Attrahere, Excitare, Inducere
Lactare mellita spe, delitiis
Præmiis, allectamento invitare
Signo quasi dato invitare
Omnibus modis allicere
Ducere quoque pro allicere, inescare ac dilectione quadam oblectamentisque demulcere ponitur
Delectare à delicere, sicut allectare ab illicere est attrahere
Ἐφολκὴ.
¶ Attrahere in nassam, Inescare
Innectere, Impedire
Invisare, Illecebris circumvenire
Illaqueare tricis, Irretire, vide flatter.

pleasant allurements or intycements.

Allectamenta, incitamenta
Invitamenta, quæ vulgus Irritamenta vocat
Illecebræ, blanditiæ
Illectamenta, ἀγωγίαι
Blandimenta, Demulsimenta
Illecebra singul. Lenocinia
Illicia plurale ab illicium apud Ciceronem, Viscarium Ambio.

an allurer, an intycer, or flatterer.

Illex, Illiciens, Illecebrosus
Allicions. Allectivus, ἀγωγός.
vide flatterer.

an almond.

Amygdala vel Amygdalum
Ἀμυγδάλη
Nux Thracia, Nux Graca.

almost, well-nere.

Pene, propè, ferè.

Propemodum, Ferme, Propediem,
Μικρὸν, ὀλίγου. Quasi
Tantum non, apud Eras. Suet. Levi valde frequens
Parum abest, Minimo minus
Paulo minus, antepenultima acuta pro eodem frequens in sacra scriptura, & apud Sueto.
Admodum, pro fere apud Livium
Jam mitigati admodum animi,
Modo non pro ferme apud Terent.
Plerumque adverbium.

all over, vide every where.

alteration of state, vide my state is altered.

to alter or change as old fashions or customes are changed.

Exolere, exolescere
Inveterascere, Mutari
Contabescere
Obsolere & obsolescere.

an altar.

Altare. Altarium
Ara, βωμὸς.

altogether, vide utterly.

alwates day and night, continually without ceasing.

Die ac nocte. Nocte dieque
Ἀπηνῶς, κατὰμέρος
Semper, omnes per annos
Diu, noctuque, Noctes & dies
Tempus in omne.
νυκτὸς καὶ ἡμέρας
Continuè, Continenter
In ævum æternum
Assiduè. Indefessè. Continenter
Incessanter, Indefinenter.
In perpetuum
Ἀσιωπὶ

Nullo

Nullo puncto temporis intermisso
Ne punctum quidem temporis respirando. Sine interpellatione
Sine intermissione
Ne minimam quidem moram interponendo, Citra respirationem
Protinus, apud Virgilium
Perpetuo, Jugiter
Nunquam non, Irrequieto labore
Noctibus continuare dies
Ne genu quidem flexo
Οὐδὲ γόνυ κάμψας, Proverb. pro sine omni intermissione, without ceasing.

Ambassadors, vide Posts.

ambition, or a desire of glory.

Ambitio & ambitus media correpta
Sitis famæ.
Sitis impotens honesti
Studium, cupiditas honorum, imperiorum.
Gloriæ appetentia, apud Ambro.

ambitious, or desirous of glory.

Appetens, avidus, cupidus, famelicus gloriæ, famæ
Simbundus, Esurientissimus laudis
Immoderatè appetens honores
Ambitiosus φιλότιμος
Honoris potentiæve cupiditate inflammatus.
Non alienus ab ambitione
Cujus juvenilem obsedit animum gloriæ febris vel sitis
Sitientissimus laudis
Magnarum pomparum amantissimus
Laborans ambitione
Thraso. φιλόδοξος.

to be ambitious, or seeke after glory, or praise.

Captare laudem φιλοτιμεῖσθαι
Affectare, venari gloriam
Gloriæ inhiare
Servire gloriæ & propriæ laudi
Vacare populari auræ aut gloriæ
Honoris cupiditate titillari
Auram captare popularem, favorem, gloriam mortalium inanem
Populares ambire honores
φιλοτιμεῖν ambire munia
Petere, prehensare honorem
Honorum gloriæ cupiditate, fieri famæ teneri, illici, capi, duci
Ferri ambitione
Expetere, aucupari famam
Ambitione auræ popularis teneri,
Conflare populares honores, est vulgi commendationes & favorem undecunque captare
Imperatorum hominum rumusculos aucupari, Cicero
Duci gloria, Cicero: si quis honore ac gloria ducitur
Ex laude pendere
Aucupari gloriam, gloriolam
Immodicis studiis ad honores contendere.
Laborare ambitione, cupiditate honoris. Honores petere
Inanes flare glorias
Gloriolæ afflatum captare
Gloriam appetere vel expetere, quærere, honorem affectare, apud Sa. Honorem velificari apud Ciceronem contra Rul.
Pendere à multitudinis aura
Applausum captare humanum
In honorem quærendo totis viribus incumbere
Non ego ventosæ plebis suffragia venor, Horat.

to amble.

Tollutim gressus glomerare
Alterno crurum explicatu glomerare gressus.
Alipedes, πτερόποδες

an ambling horse.

Gae-

Gradarius, gradatim incedens, vestigia modicè ac volubiliter tollens, ἐυῤῥοῦμος
Asturco, ab Asturca oppido Hispaniæ, Teldones apud Plin. Asturcones
Manus idem quod Gradarius, quasi ad manum mansuefactus, apud Horatium & Erasmum, alii aliter scribunt
Tollutarius à tollendis & glomerandis pedibus Latinis dicitur
Tollutaris à Seneca vocatur
Gygerius, equus, pumelius, apud Strabonem
Mannulus, equus, pullus diminut.

to amend, to correct.

Corrigere, Castigare
Emendare, elimare.

to ammend his life, or to turne to grace, and repentance.

Reddere bonam frugem
Ad bonam frugem sese recipere
Convertis ad meliorem frugem
A corruptissima vita converti
Exuere vetus vitæ genus
Excusso vitiorum jugo ad emendationem resurgere vitam
Vitæ castigatioris propositum sumere
Recedere à vitio
Evadere ad bonam frugem
Vivere emendatius
Ad salubriora consilia animum appellere
Reparare
Expiare scelus
Redire ad meliorem vitæ frugem
Benefactis pensare delictum
Redimere culpam præteritam
Pro egregio facta compensare
Facere finem peccandi, vitiorum
A voluptuosa ad frugi vitam redire
Sordes humanæ fragilitatis gratia penitentiæ emaculare
Ex abysso emergere peccatorum.

to make amends, vide to recompence.

amisse, vide ill.

to bee amisse, vide to offend and to sinne.

amity vide friendship.

anger, wrath, fury.

Ira, Rancor, ὀργὴ
Iracundia, Stomachus
Bilis, Angor, χόλος
Indignatio, exæstuescentia
Animi effervescentia
Animi pluraliter, Pone animos.

to make one angry, or to provoke one to wrath.

Movere, habere stomachum
Bilem alicui movere
Ad iracundiam provocare
Ciere aliquem, Monere simplex
Ad iram provocare
Iras induere, colligere
Turbare alicujus animum
Lacessere quempiam, amaricare
Exacerbare, Irritare
Asperare, Exasperare
Exagitare. Infestare
Iratum reddere, incendere
Exurere ira
Accendere cum accusativo
Bilem concitare, conciere, commovere alicui
Aggregare, Arrigere iras.
Inflammare aliquem verbis, excitare ad iram.
Acuere furorem
Offendere, Lædere
Animum accendere, Incendere
Stomachum facere, apud Cic.
Exulcerare alicujus animum
Incensum dare, pro iratum facere, Terent.

Angry

angry or displeased.

Iratus, Infensus, Iracundus
Ira commotus, affectus, agitatus, adductus, inductus, impulsus, incitatus, actus, accensus, inflammatus
Stomachabundus
Iracundior Adria, qui irritabili est ingenio, very angry.
¶ Iracundè, cum ira, inflammato ore, ardentibus oculis.

to be angry, vide to chafe.

angred, vide chafed.

to repress or stay his anger or fury.

Iram, iracundiam reprimere, temperare, mitigare, cohibere, refrænare, concoquere, ponere, mulcere.
Stomachum ob rei indignitatem effervescentem ratione cohibere.
Stomachum tenere, Horat.
Comprimere æstus iracundiæ
Rationis moderamine reflectere iræ appetitum
Placare animos
Iracundiam pessundare. Plaut.
Iræ modum, seu frœnum ponere
Adhibere modum, vel moderationem
Dare locum iræ, apud Paulum ad Rom. 12.

to animate, vide encourage.

any.

Aliquis, Ullus, Quispiam, Quisquam, Quivis, alius.

anon, vide out of hand.

to answer, or to make an answer.

Respondere
Responsum dare, reddere, jactare
Ἀποκρίνεσθαι
Verbum proloqui, Terent.
Dare orationem pro respondere, Plauto frequens
Subjicere, absolute
Labra resolvere, ora renarrare
Subservire orationi, apud Terent.
Reddere vocem, sonos, verba
Inferre, tangere verba verbis
In verba prorumpere
Suscipere, apud Virgil. & in Euang.
Dicere cum ablativo & præpositione pro, vel cum accusativo mediantibus præpositionibus, in, vel ad
¶ Ad rogata respondere, aut spondere, simplex pro composito apud poetas
Excipere, Referre, verba, dicta
Ad rem congruenter φέρειν ἔπος, id est, ad verbum respondere
¶ Respondere præter rem
Nihil ad rem, Non ad rem loqui
Responsum alienum à proposito dare; an answer, but not to the purpose
Παραφέρειν, ἀποφέρεσθαι, παραβάλλειν, λέγειν
De aliis loquenti, respondere de cæpis.
¶ Ferre, accipere responsum, to receive answer.
Cice. Cum à me id responsum tulisset.

apart, vide privily.

Apothecary or Grocer.

Unguentarius, Metropola
Odorarius, Aromatarius
Aromatopola Pharmacopola
Medicamentarius. Herbarius
Pigmentarius, Myrobrecarius, apud Plaut.
Apothecarius, Ἀποθηκάριος

an Apothecaries or Grocers shop.

Aromataria taberna.

Pigmen-

Pigmentaria, unguentaria officina
Μυροπώλιον
Myropolion. Pharmacotheca
Apotheca vulgo dicitur, tametsi proprius sit Apotheca repositorium reconditorium grancrum.

to Apparell, to cloth, to put on a garment.

Ornare, Vestire, Induere
Amicire, Comere, Colere, Vide to cloath.

Apparell.

Apparatus, Amictus, Amiculus,
Ornatus, Vestis, Vestitus,
Cultus, Vestimentum
Indumentum, Induviæ
Exuviæ, Spolia
Pexa toga, a Frizeadow or Irish Gowne.
Vestis defluxit ad imos pedes
Arté laboratæ vestes, ostróque superbo
Vestis insignis auróque rigens
Picta croco, & fulgenti murice vestis
Illum vestis serica tegit
Vestimenta fluxa, vel laxa, loose, large or wide apparell.

Appealed, vide Assuaged.

to Apply.

Applicare, Vacare, Incumbere
Insistere, Instare, Insudare
Invigilare, Operam dare, navare
Animam adjungere, applicare
Deditus, intentus, mancipatus esse.

to appoint, vide determine.

to Appoint a day, vide Day.

to Approve, vide of one consent or opinion.

to Approve by reason, vide to Declare or shew.

to Approach, to draw neere unto.

Ingruere, Impendere
Imminere, Non longe abesse
Subesse, Hyems subest
Capiti impendere.
Instare, Adesse
Appetere, Venire, Cominus ire
Adventare, Salutius
Comitiorum dies adventabat
Obrepere, Appropinquare
Admovere se propius
In foribus esse vel in limine
Pulsare fores, Propinquare
In cardine versari
In propinquo esse, ἐγγύς εἶναι

an Apron.

Succinctorium
Semicinctium, apud D. Hieronymum
Suppparus, vel supparum
Παρωμίδιον

Apt, Meet, Proper, Fit, Convenient. Sufficient, Profitable, Able.

Appositus, Commodus
Sufficiens ἱκανὸς
Natus, aptusque. Cice.
Assentaneus, Aptus, Utilis, Bonus, Idoneus
Habilis, Consentaneus
Conveniens, Congruens
Congruus, Accommodus
Accommodatus, Respondens
Non inconveniens
Fœlix, fœlix ad literas, Concors
Maturus pro idoneo, Quadratus
¶ Habilitas, Aptitudo. Fitnesse, vide Fine, or Fit.

to Array, vide to make foule.

an Arbitrer or an Umpier.

Meditator

Mediator μεσίτης
Sequestrator. Sequester
Pacificator, Pacator
Reconciliator, Interventor
μεσίτευτὴς
Author concordiæ, Arbiter
Qui regit, & dictis animos & pectora mulcet.

to take an argument.

Argumentum elicere, colligere, Trahere, Capere, Venari
Capere institutum, Cic.
Sumere thema, θεμὸν λαμβάνειν.

arise, vide stand up.

the arme hole, the hole under the arme.

Axilla, πλευρὼν
Ala, Asellæ, arum.

to arme, to harnesse, or take weapons.

Armare, consurgere in Arma
Armis se Instruere, Circundare
Arma capescere, gerere
Disponere enses & scuta
Accingi armis, ad arma cogere
Arma parare, exercere:
Furor arma ministrat:
In armis esse.

to arme, to lay downe armes, or weapons.

Arma exuere, ponere, deponere
Prælia relinquere
Scuta, & arma demittere.

an army or host.

Exercitus. Cohors, Manus
Phalanx. Caterva. Turma
Agmen, Spira σπεῖρα
Coneus, Acies
Armatæ Phalanges
Copia, pro exercitus multitudine
Legio παρεμβολὴ

to arrive, to come to the haven, port, or land.

Appellere ripæ, Oris
Tangere, premere locum aliquem
Venire in Portum
Tellure potiri, portum petere
Ad littora tendere
Carinæ littora tangunt
Rates armi inferre
Clavum ad littora torquere.

to assemble, to gather or leve an army.

Contrahere copias, milites
Cogere militum manum
Conscribere exercitum, militem, cohortem, milites
Milites conquirere
Ἀνθροίζειν, ἀνθροίζειν
Cogere, facere, parare manum
Facere gregem, Salust.
Facese agmen, Historica sunt
Cogere exercitum, copias, agmen, equitatum, milites, seu congregare
Scribere exercitum, milites, copias
Comparere, conflare contrahere, conficere exercitum, Virgilius, contrahimusque viros
Ingentes Martis contrahere turmas
Facere exercitum, Cicero
Colligere copias, exercitum
Συγκροτεῖν δυνάμεις
Aciem struere.
Cogere in prælio milites, gratas acies, Virgilius
Augere auxilia, est militarem gregem facere copiosiorem.

to arrest one, to lay hands on one.

Capere, αἱρὼ Captivare
Manus adferre, inferre
Corripere, Cic. in ver. Actum 7.
Hominem corripi ac suspendi jussit ex oleastro
Prehendere, comprehendere

Manus

Manus injicere, manicam, catenas
Obtorto collo in vincula ducere
Intendere vincula collo :
Collum obstringere : Soli.

arrogancy, vide pride.

arrogant, vide proud.

an arrow, a bolt, or dart.

Jaculum,
Spiculum, Telum, Polas
Missile, Sagitta, Hastile :
Catapultæ, Tragula :
Arundo & calamus, Metaph :
Alcides, apud Virgilium :
Corisæus apud Nonium.

the arse.

Anus, ani. Podex
Culus
Sedes à Plinio frequenter ponitur, pro ani circulo & podice.

arsiverse, overthwart.

Præposterus
Perversus
Inversus, Pravus.

artificer, a crafts-man, a man of occupation.

Artifex, Mechanicus,
Manualis, operarius, Opifex manuarius,
Operarius. Sedentarius :
Manibus sumptum exercens diurnum apud Ambro :
Ex manibus vivens
Manibus victum sibi quæritans, quem ventrimanum quidam vocant
Ex labore manuum opera vivens :
Artem mechanicam exercens.

arts or sciences lacke their due honour.

Artes merito honore carent, non ut deberent honorate sunt :
Non quanti deberent, æstimantur :
Non quo deberent, quo æquum esset loco sunt.
Non quem debent locum obtinent.
Non admodum in honore sunt, dignitatis, existimationis, honoris, loci non habent satis.
Exigui, parvi pretii sunt, haud magni reputantur bonæ artes, bonis artibus honor non est, locus non est, honor non tribuitur.
Bonæ artes honore vacant, dignitate carent, non coluntur, jacent, minime vigent.

artificially, vide exactly.

artillery, cannons, guns.

Bombardæ, aut (ut alli volunt)
Boardæ à sono grandes, & parvæ
Tormenta ærea horrisona
Machinæ æreæ saxa rotantes, turrifragæ
Balistæ à nonnullis dicuntur tormenta muros concutientia
Quarum species sunt Falcones seu falcunæ quas Germani Cartunas vel Murifragas
Galli canones duplices vocant, Double Cannons
Serpentinæ seu serpentes violenti quas Cartunas simplices vocant
Serpentinæ mediæ Falconetæ :
Porrò ampliores sed breviores sunt quadratæ Bombardæ ignitos globos jaculantes, & Mortari qui globos ulnæ diametrum habentes emittunt, quibus tecta & domorum pavimenta perforant hostes, urbis interiora impetentes.
Ignium ejaculatrices
Sclopi quos pedites ferunt, Manuaria vel Martialia tormenta peditum scilicet.

as, vide that.

as I thinke, vide thinke.

as soone as.

Ut primum. Ubi primum
Cum primum. Quam primum
Statim Iam ut. Cito ut.

As though.

Perinde ac si, Haud secus ac si
Æque ac si. Non minus ac si
Non aliter ac si.

as, like as, even as.

Velut, Veluti, Vt, Uti
Quasi, Tanquam, Ceu,
Perinde ac, Sicut, sicuti
Ita, Ac si, ὡς, ὥσπερ, Quemadmodum
Cum vel quam, temporis adverbium quando, ubi.

as men say vide say.

to be ashamed.

Erubere, erubescere
Verecundari, Confundi
Pudet, piget: vide to blush.

to aske, demand or enquire.

Rogare, Interrogare
Requirere ab aliquo
Quærere, Scisciтari,
Scrutari oracula Phœbi. Virg.
Referre rem ad Senatum, est Senatorum rogare, interrogare sententiam.

to assay, vide to attempt.

to assaile, to invade, to set upon the enemy.

Impetum vel insultum facere in hostem, in hostium equitatum
ἐπιλάτεσθαι
Incursare, incurrere in hostem
Ruere in hostes
Incursionem facere
Omni conatu invadere
Cominus cum hoste congredi
Clypeo impetum facere & hasta
συωρίνειν σὺν ἀσπίδι ἔναρά τε μαχαίρᾳ apud Homerum
In medium legionis cursu concito se proripere
In confertissimos hostes incurrere, Sallustius.
Medium penetrare agmen
In confertos hostes ruere
Involare, irruere in hostem
Irruptionem, impressionem facere
Infestare, invadere
Aggredi, Adoriri, ἐπιχείρειν
Impetere hostem. συμβάλλειν.

an assault.

Vis impetusque militum, irruptio
Insultus, Accessus, incursus violentior
Aciei ruentis impressio, quam vocat Cicero Appulium
Militum cuneatim incurrentium impetus. ἐφοδολὴ
Ἄγειν ἐπ ἐφοδολῆς

to give an assault, to set upon.

Impetere, ἐπιχείρειν
Incursionem, insultum facere
Impetum extremarum facere virium
Impressionem, irruptionem facere
Violenta manu invadere
Urbem concitatius oppugnare
Admovere machinas omnes
ἐφοδεύειν, Oppugnare
Scalas muris adhibitas ascendere
Fossas congesta terra opplere
Expugnare pro oppugnare in sacris literis ponitur
Impetum facere, ὁρμᾶσθαι
Incursu, impetu, impulsu, accessu violentiori
¶ Contra hostes defendere, to repulse the enemy.
Repellere, propulsare

Hostes

Hostes defendebat à pinnis facillimè
Depellere insultum
Pellere, depellere, propellere, propulsare hostes mœnibus
Exercitum ferventi oleo reprimere
Sulphureum picatumque ignem ejaculari in ascendentes scalas.

an Asse-head, vide Dulhead.

to Assemble things together, vide Gather.

to Assemble or gather all the power together.

Vires in unum contrahere, conferre, colligere
Cogere ad arma viros
In arctum cogere, in angustum contrahere copias
Reliquias agminis colligere
Copias supplere
Congregare manum virorum
Vives in colloquiis Muscarium setacium nominat, à similitudine credo, nam Muscarium est coma quarundam herbarum, in quo semina dependent, veluti feniculi, anechi, & similium.

Bruit, Rumour, vide Fame.

a Bucke, vide Doe.

a Bucket, a Palle for to take water with.

Urna, Hydria,
Situlus aquarius, Cato
Ἀντλητὴς, Urnula, Situla, Sitella
Trulleum, Creterra, Mergus, oris
Anthia ἀντλία
Haustrum
Sutiscola, apud D. Hieron.
Futis est vas aquarium
¶ Nasiterna, à similitudine nasi, apud Varronem & Plaut. Pitcher.
Urceus Urceolus, Minalis, aqualis
Gutturnium, οἰνοχόη, idem
Guttus pro eodem apud Eras.
Malluvium, Polluvium, a Bason to wash in, Pelvis.
Χειρόνιπτρον, Livius, Argento pollibro

bro & aureo gutto.

a Buckler, a Shield.

Solutum, Clypeus.
Ἀσπὶς. Parma
Parmula, Ancile
Ambo, Pel a, Cetro
Τύμπανον seu tum persicum
¶ Parma eludere jaculum,
Tela scuto accipere,

to Bud, vide to burden.

to Build. to make a house.

Ædificium, domum, tectum, ædes, struere, extruere, componere
Extollere, ἀνοικοδομεῖν
Erigere, instaurare
Educere cœlo. Virg.
Condere arcem, domum, urbem, Salustius.
Mœnia fabricare, Ædificare, Ponere, Condere
Murorum attollere moles
Condere sedem, Tecta
Fundare arcem, urbem extruere, statuere, cingere muris, saxis, fundamenta locare
Architectari. ἀρχιτεκτονεῖν
Moliri arcem, ædificare
Ἐδρύειν, figere
Collocare, firmare
Constituere, ponere
Iacere fundamentum
Ædificia modicè ab humo tollere. to build not very high.

Bulwarkes, vide Fortresses.

a Bull, a Patent, a Privilege.

Diploma summi Principis, Regis
Codicillus dispensatorius
Privilegium, φερνίσμιον
Bulla vulgo dicitur pontificia
Indultum Apostolicum
Brevis, vel ut alii vulgò dicunt, Breve, sunt etiam diplomata, quas nunc appellamus literas patentes continentes principum edicta & mandata, regio signo sancta.
¶ Cæsareo privilegio aliquem inaurare.

to Burden, to blame. to raile or speake ill of the dead.

In mortuos maledicentiæ spiculum figere
Defunctos maledictis insectari
Insectari post mortem
Lacerare defunctum
Mortuis convitiari, maledicere,
Defunctorum innocentiam insectari
Convitia congerere in mortuos
Pugnare, luctari cum larvis, cum defunctis.
Instar caspiorum canum sepultos arrodendo affligere.
Ad inferas sedes usque manes & larvas à quibus veterum natura sustulit sua fulmina persequi.
Ne ab umbris & cineribus sævitiam continere
Mortuum flagellare
Νεκρὸν μαστίζειν. Iugulare mortuos
Τὸν τεθνηκότας δοκιμάζειν
Leoni mortuo barbam vellere
Mortuum criminationibus proscindere, impetere, incessere, lingua acerbissimè exagitare.

a Burden or load, a packe, a Fardell.

Onus, φορτίον
Provincia, pondus
Periculum, gravamen
Sarcina. Impedimentum tam in singulari, quam in plurali numero.

heavie Burdens or loades.

Onus Ætna gravius, apud Cic.
Colossea onerat Moles
Pistrinum tum pro loco, tum pro re difficultatis plena, metapho.

Res

Res viribus impar difficultatis plena
Gravis sarcina
Negotium subacerbum
Provincia dura, negotiosa, molesta, aspera.
Negotium operosum molestum.
Negotium involutum, difficile explicatu, χαλεπόν.

to unburden, vide unload.

to Burgen, to Bud, to Branch out.

Fruticari velle, Sylvescere
Προμικάζειν, frutescere
Florere, florescere
Formatis aperitur floribus arbos
Florescunt gramina rivis
Emittere stolones. μοσχεύειν
Pubescere, frutices emittere
Germinare, egerminare
Progerminare, pullescere
Pullulare, pullulascere
Suppullulare, protuberare Soli
Suppullulascere, expullulare
Arbescere, frondescere
Vernare ad arborem etiam refertur
Gemmare, & gemmas emittere ad vitem refertur, & ad alias arbores, gemmascere, efferri, turgere in gemmas.
Gemma, vitis oculus.

to Bury.

Inhumare, terræ injicere
In terra recondere
Tumulo recondere, tumulare,
Dare humo, terræ, ad sepulcuram
Κηδεύειν, parentare
Sepulturæ tradere, dare sepulchro
Sepelire, humare
Inhumare, funerare
Dare tumulo
Extremum persolvere honorem
Cadaver, funus humo condere, Ovi.
Pulveri tradere seu humo, Salu.
Condere monumento corpus, Plin.
Putridum condere cadaver in urna
Et apud Phocyllidem, χοῦν ἐπιμοιρᾶσαι νεκύεσσιν, mortuis terram impertiri
Ponere in monumento
Corpus terræ parenti reddere
Sepulchro claudere
Efferre matrem, Cice. Sepulturæ cadaver inferre, terraque obruere
Subdere sub solum, to put under the ground.
Mandare humo
Telluris aggestu cadaver obruere, superjecta humo operire, apud Am. in Home.
Terræ commendare, apud Max.
Terra cineres accipit
Tumulus ossa Tegit
Libitinam exercere
¶ Efferre cadaver, uxorem, funus mortuorum, ἐκκομίζειν
Ἐκφέρειν, κηδεύειν
Extra domum vel ad sepulturam ferre, προφορεῖν

to be Buried.

Funerari, sepulturæ tradi
Humari, parentari
Comburi veteres solent, unde bustum pro monumento ponitur
περὶ κομιζόμενον τυχεῖν
Ponere cineres, apud poëtas
Honorifica sepultura donari
Sepulturæ majorum suorum addi
Magnifico post fata deponi Mausoleo
In tenuem solvi favillam
Contumulari, terræ insterni.

an honourable Burial, vide Funerall.

to Burne.

Vulcano dedere, dicere.

Dare

Dare flammis, ignibus
Vulcano committere
Ignis voragine absumere
Urere
Extruere rogos
Usulare apud Pacuvium pro urere
Ἐκκαίειν, φλέγειν
Patrios incendio lares absumere
Ignem in ædes ejaculari
Cremare, Concremare
Celebrare Vulcania
Corpora in cineres redigere
In ignem, in rogum mittere, ponere, projicere, imponere
Igne absumere, πυρπολεῖν
Comburere, igni tradere
Ultricibus committere flammis
Incendio involvere
Ignibus ardere
Exurere
¶ Conflagrare, flagrare, ardere, absoluta sunt, & igni non tantum, sed & aliis rebus accommodantur. flagrare odio, amore.
Illi res omnis in fumum & cinerem abiit, ubi incendium omnia hausit.

to Burst, vide to Breake.

to Burst, or to Breake in

Irruere in ædes
Irrumpere, cum violentia quadam
Ἐιςπίπτειν
Inferre se concitato impetu, Livius, pro irruere, facere impetum
Incedere unde scribendi libido incessit mihi vel me. Livius: gravior cura patribus incessit.

to Burst or Breake open doores, vide Doore.

a Bush of Thornes.

Dumus. Rubus
Spinæ. Vepres
Sentes. Ruscus
Virgultum. Spinetum
Dumetum. Rubetum
Vepretum. Senticetum.

a Busie worke or matter, to compasse.

Labor magnus, difficilis, laboriosus, gravis, operosus, molestus, immensus, magni negotii, difficultatis ac ponderis, vide a Piece of trouble.

Busied, vide Occupied.

a Butler or Steward.

Præfectus cellæ penuariæ
Dispensatoris officium gerens. Ambrosius οἰνοχόος.
Cellarius, & non cellerarius, ut plærique ineptiunt, nisi quis interpretari velit, rarus in cella,
Præpositus cellæ
Moderator domus. Custos cellæ
Promus ac condus ταμίας
Villicus in Euangelio
Oeconomus, οἰκονόμος
Dispensator rei familiaris
Procurator aliquot in locis dicitur, seu Curator
Ἐπιμελητὴς
Procurator peni. Plaut.
Cavearius nonnullis dicitur à Cavea.

a Buttery, vide Celler.

the Buttocks or Haunches.

Clunis sub genere communi
Cluniculæ. Nates, πυγαί.

But, Nevertheless.

Cæterum. μέντοι
Porrò, autem. δὲ.
Porrò, Autem. Sed
Sed enim, atqui
Ἀλλ' ἀρα, ἀλλά. Verum
Ἀλλὰ μὴν, Vero. At vero,

Verum

Verùm, enimvero. Quin.
At in oratione soluta: Ast in versu sequente vocali.
¶ Sed etiam, tamen.
Veruntamen, At amen
Sed tamen, frequens est apud Cicer. ἀλλὰ μὴν.

But yet.

Pariter ac. Juxta ac
Ex æquo, atque, Simul &
Idem, Idemque
Acque, atque
Ita & præcedente ut
Simul in oratione geminatum, vel geminatum.
Tum in oratione geminatum
Et in oratione geminatum
Sed &, verum etiam, εἰδὲ καὶ, præcedentibus non solum, non modo, οὐ μόνον.

C

a Cabin, lodge, vide Cottage.

a Cable rope.

FUnis anchorarius
Tomis, icis, s. g. Plin.
Retinaculum, stupæum puppis, Ovid.
Ruderis, Plin.
Funis nauticus.

to Cacke, to shite.

Alvum exonerare
Cacare, κενολογεῖν
Ventris onus ponere, deponere
Purgare ventrem, apud Hier.
Excernere, apud Celsum
Stercus facere, vel olerum
Saburram ventris ponere
Emittere saturitatem
Alvum dejicere, solvere
Forire, κοπρίζειν
Merdare. Cunire
Egerere absolute
Excrementum dejicere,
Στομαχεῖν κοπρίας, alvum dejicere,
¶ Comfoire apud Pomponium
Permerdere, Conspurcare, fœdare
Σκῶρ, to beshitte.

a Cage for birds.

Cors vel cohors Aviarium,
Avium, vel Altilium septum
Ornithroropium
Ὀρνιθοτροφεῖον ὀρνιθών
Gallinarium a hen pen.

a Cake, a Wafer.

Panis dulciarius, Laganum
Λάγανον. Libum
Melipectum, μελίπηκτον
Placenta ex melle. Popanum.

to Call.

Vocare, vocitare
Appellare, Appellitare
Nuncupare, Memorare
Nominare, Dicere.

to Call back, to revoke his fault.

Revocare, Recinere errorem
Retractare. Fateri errorem
Revocare quod dixeris, feceris prius, asseueris.
Canere Palinodiam
Πάλιν ᾄδειν: recantare
Opprimere dicta sua.

to Call to mind, vide to remembrance.

a Call, vide Coife.

Calme, vide Quiet.

be Came at length.

Tandem aliquando, denique, demum.
Post diurnum tempus, longo temporis intervallo, cum temporis multum abiisset, transacto multorum annorum spatio rediit, revertit, reversus est.

Accepit

Accepit ſe ad ſuos lares, patriam, cunabula, patrias ſedes.

a Campe, an Hoſte, a ſiege.

Caſtra στρατόπεδα
Papilio, Tabernaculum,
Tentorium, Stativa.

to pitch his Campe.

Caſtra facere, ponere, locare
Caſtrametari.

to raiſe or to move his Campe or Siege.

Movere, amovere Caſtra
Tabernacula detendere Cæſar
Locum commutare
Exercitum aliò deducere
Solvere obſidionem
Ab obſidione deſiſtere
Oppugnationem remittere
Colligere papiliones.

a Cane, vide Reed.

Canels. vide Gutters.

to Can or may, vide Apt.

to Cancellout, vide to Croſſe out.

a Canker

Cancer morbus, eris, in Genitivo ſub neutro genere
Κάρκινος, καρκίνωμα
Carcinoma, Gangrena.

a Canker worme that eateth commonly Colewortes.

Erma Campe, κάμπη
Maſtax, apud Nicandrum
Hieſina Columellæ dicitur
Brucus βρούχος.

Cannons, vide Artillery.

a Cap, vide Hat.

a Spaniſh Cape, vide Cloake.

a Captaine, a Generall.

Dux militum, primarius, ſummus
Copiarum dux, Strategus
Primipilaris, Præfectus militiæ
Belli ducem agens
Bellicæ expeditionis dux primarius
Archeſtrategus
Primus exercitus dux.
Præfectus equitum cuſtodiæ quos archeros vocant
Totius equitatus dux præcipuus, præfectus militiæ
Ἀπόρχων τοπαρχιάτων
Cohortis præfectus,
Ἐπάρχος ἔπαρχος
Imperator exercitus,
Dux militaris, Exercitus dux,
Copiarum præfectus, apud App.
Capitaneus barbarum eſt, pro quo militum caput rectius diceretur à cujus conſilio & nutu cæteri dependeant.
Λοχαγὸς Græcè
Ordinis militaris inſtructor, imperator ſeu ductor. Rector.
Noſtri decanum vocant qui contubernio præeſt
Ὀυλαμοπάρχης Græcis dicitur
Nam contubernium propriè milites decem ſub una papilione degentes.

Cardinalls.

Proceres Cardinei
Cardinales, purpurati patres,
Honore galeri punicei decorati,
Quos vaga correcto pupura veſtit equo
Cardineo inſignîti galero
Cardineo quorum tegitur corona galero.

to be a Cardinall.

Cardineos gerere titulos,
Pilium ferre rubrum
Cardinalitio galero ornari.

¶ Cardinalitiæ dignitatis galero donari, insigniri
Consistorium cardinalium quod vulgo dicimus, rectius seu ornatius
Pontificum collegium
Summum concilium.

Care, or thought.

Cura, Anxietas, Angor, Scrupulus
Molestia. Sollicitudo, dolor
Angustia, vide Diligence.

Careless, or negligent in my owne profit.

Utilitatis meæ rationem nullam habui, duxi, spectavi: quid esset è re mea, in rem meam, quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret, conveniret; quid de rebus meis expenderet, prodesset, conduceret, utile esset, utilitatem afferret.
Utilitati, emolumento, bono esset; fructum pareret.
Nullam operam dedi, non laboravi, minime spectavi, curavi, quæsivi, secutus sum; nullum studium posui, nihil industriæ, operæ locavi, posui, diligentiam nullam adhibui, contuli. Res meas indiligenter administravi, tractavi, Vide Negligence.

Carefull, vide Sorrowfull.

be Carefull in doing, &c. or take some paine, or looke to it.

Cura, Age curam
Habe curam, Fac, Dispone,
Evigila, Da operam
Curæ tibi sit. μελέω σοι
Tua curatum abeas.

to be Carefull, Sorrowfull, or doubtfull.

Sollicitum esse ἀνδιάνοιν
Distineri curis
Angi, enecari sollicitudine
Angere se animo, apud Terent.
Μεριμνᾶν. Curare
Alicujus rei curam antiquiorem ducere, Præcipuam atque antiquissimam habere curam
Inter spem & metum fluctuare
Ultra peram sapere, pro nimis sollicitum esse
Curis & anxietatibus concidere.
Anxiè & sollicitè cogitare
Anxium esse
Æstuare. Fluctuare
Consulere. Cogitare
Satagere. Laborare
Trepidare In diversa rapi
Sollicitudinibus inquietari
Vehementer laborare
Μεριμνᾶν
Pendere animi vel animo, cum genitivo vel ablativo, utrunque apud Ciceronem
Animo ringi. Angi
Angore detineri
Animo, intimis sensibus angi
Undis negotiorum distrahi in diversa
Curam gerere, agere
Probe curatum velle
Distringi curis. Cruciari, discruciari, excruciari sollicitudine
Curis confici, morderi, tenuari, uri, tabescere, liquescere, pallescere, insistere mori, carpi
Curis intentus, confectus, curis exerceri, potiri curis
Ingeminant curæ
Cura venit, tenet tangit, moratur, subit, hæret, mordet, Corpus tenuat
Vitiat, est fervida
Sollicitudinem parit
Rationem habere
Esse in cura
Oculis ferre, metapho.
Versari in cura.

Cure

Curæ eſſe, apud Ciceronem.
Curæ habere, Cic.
Ἐπιμελοῦμαι
Iſta mihi curæ erunt.
Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα.
¶ Totus toto pectore quis incumbere in curam aliquam dicitur.
Cordi eſſe.
¶ Curis animam excruciare.
Solicitudinibus vitam reddere breviorem.
Arduis rebus perſequendis confici.
Macerare ſe craſtina cura ciborum.
Se excruciare animi dolore,
Cor edere, comedere.
Ἔδειν τινὰ καρδίαν.

to put or take away Care, Thought, or Sorrow.

Liberare, exolvere curis, finem imponere curis.
Sollicitudine alienare.
Curas ſecludere, demere, deponere, demittere, avertere.
Agitare curas, abjicere, ponere, reſolvere, depellere, fallere, diminuere, Sanare, pellere nubes curarum.
Cura abit, fugit, excedit, deſerit, dilabitur, lenteſcit, diluitur mero.

I Care not, or I paſſe not.

Suſque deque fero, ἀδιαφορῶ.
In nullo diſcrimine pono.
Suſque deque habeo.
Æqui bonique facio, apud Terent.
Æquo animo ſum.
Nihil laboro, Mea non refert.
Manum non verterim, moverim, etiamſi domus ruat.
Minimi æſtimarim, ſecurus quonam res cadunt.
Non magni pendo.
Illud non amarim crepitu digitorum. vide **man I care not, what ſaſſe, &c.**

a Carpenter.

Faber lignarius, Faber tignarius.
Materiarius, Abietarius, in Exod.
Carpentarius, τέκτων.
Architectus & Architector, qui ſtructeris ædificiorum præeſt, & fabricanda præſcribit.

the maſter Carpenter.

a Carpet, vide Tapeſtry.

to Carry, to beare, to bring.

Portare, Apportare, Ferre.
Vehere. φέρειν. Adferre.
Invehere, Trahere ſecum.
Ducere ſecum.

to Carry in.

Invehere, Invectare.
Inferre, Importare.

a Carrier, a Meſſenger.

Tabellarius, ἄγγελος.
Grammatophorus, Nuncius.
Lator, portitor, gerulus, bajulus literarum. γραμματοφόρος.
Tabellarii fungens munere.
Internuncius.
Nuncius, ingenti per regia tecta tumultu ruit.

a Cart a Chariot, or Coach.

Carruca, Carrum & carrus,
Ciſium. ἅρμα.
Benna, dictio gallica.
Cantherium, Rheda.
Epirrhedium, Biga.
Birotum. Covinus.
Petorium, apud Horat. τροχός.
Capſus, carruca undique tecta.
Currus brevis.
¶ Ciſium evertere, **to overthrowthe Cart.**
Effundere aurigam.
Impetu aurigam ſolo ſternere, vide **Maggon.**

a Carter, a Waine-man.

Auriga, Agens Currum.
Essedarius, Carrucarius.
Vehicularius, ἁμαξίτης.
Rhehedarius, apud Ciceronem.
Ζευγηλάτης, Quadrigarius.
Rhehedarii officium exercens.
Rector currus.
Agitator pro auriga. Cic.
Vehiculi moderator.
Vector à Cic. positum est pro eo qui vehit, Plaustrarius.
Cisiarius qui Cisium regit, hac voce jurisconsultus usus lib. 20. dig.

to Carve, vide to Grave.

to Cast, to Fling downe.

Conjicere, Trajicere,
Pronus sternere solum,
Iacere, Iaculare, Contorquere,
Dirigere spicula in aliquem.
Iaculum emittere, Torquere,
Projicere telum.
Intendere sagittam.
Exercere brachia telo.
Æthereas telum contorsit in auras.

to Cast in ones teeth, to Vpbraid.

Objicere culpam.
Improbrare.
Increpare, apud Sallustium.
Objectare.
Ingratitudinis dicam alicui scribere.
Exprobrare, Improbrare.
Refricare ulcus, ἀνανεόω.
Probrum objicere. Carinare.

to Cast aside, vide set aside.

to Cast about, vide to Scatter.

to Cast in mind, vide to imagine.

a Catarre, vide Rewme.

a Cat.

Felis ἀσπάλαξ ὁ ποντικός.
Ælurus. γαλῆ ἡ ἄγριος γαλῆ.
Catus simpliciter, nam Catti sunt Hæsli populi.
Mustela domestica dicitur à nonnullis.

a Cave, a Denne.

Specus & specu, Spelunca.
Spelcum, Lustrum, φωλεός.
Latibulum. Antrum.
Latebra. κεύθμων. Lacus.
Scrobs, Cavea, Caverna.
Crypta, Fovea, βόθυνος, Fossa.
Cuniculus pro loco seu foramine subterraneo occulto.
Abdita, Recessus, Diverticula, private Corners.
Angulum foveæ & receptus.
Latebrosa ruptum cavamina Soli.

a Cause, a reason, an occasion, ozimaine.

Res, πρᾶγμα.
Causa, Negotium.
Gratia apud antiquos pro causa ponebatur. Unde fluxerunt honorationes, mea vel tua gratia, id est, pro mea vel tua causa, in ablativo tantum.
Nuptiarum gratia, apud Terent.
Nomina sæpe pro causis vel negotiis à Cicerone poni invenias: Cumtot ibi nominibus acceptum Curtii referent.
Ergo adverbium ultima circumflexa ponitur pro causa. ἕνεκα, Virgilius in 6. Æneï. Illius ergo venimus.
Peregrinationis ergo.
Virtutis ergo, for vertues sake.
Negotiorum expediendorum ergo,

Nego-

Negotium alicujus agere, to doe ones buſineſſe.
¶ Rei cauſam dicere, reddere, to declare the cauſe whereforе.
Rationem reddere, Cic. Quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit.

for that Cauſe, vide Therefore.

not without a Cauſe, worthily.

Haud temere. οὐκ εἰκῆ.
Non abs re. Non ſine cauſa
Haud injuria. Nec injuria
Haud immeritò. Meritò εἰκότως
Iure, Iure optimo, vide Worthily.

a Cawdron, vide Kettle.

to Ceaſe, to leave off.

Supérſedere. ἐπέχειν cum genitivo
Cavere receptui
Ἀναλυτικὴ σημαία.
Omittere inceptum
Siſtere ab incœpto
Incœpto deſiſtere
Siſtere opus, labores.
Demittere. Ceſſare, intermittere
Manum retrahere, Linquere
Deſiſtere. Deſinere
Conquieſcere. Abire incœpto
Facere intermiſſionem, Cic.
Intermittere. In medio rem relinquere. Suſpendere rem.
Subſedere. Parcere.
Omittere, & mittere ſimplex
Differre in aliud tempus
Rem non definire
In ſuſpenſo relinqui, & relinquere, apud Plinium.
Finem modumque ponere, facere
Anchoram jacere
Tollere calcar ultorium, proverb.
Superſedere à vindicta ſeu ultione quam parabat.
Incidere ludum, to leave the play.
Incidere ſtudia, remittere
¶ Omitte, quieſce, leave.
Alter in Imperativo.

without Ceaſing, vide always.

a Cellar or a Buttery.

Penarium. Penuarium
Οἶκος Cellarium, κελλάριον
Cella penuaria. Penu.
Cella promptuaria, ſeu promptuarium. Græcè ταμεῖον
Podium, Riſcus, apud Terent.

a Cenſer, a ſhop wherein Frankincenſe is kept.

Thuribulum. Acerra.
Thymiaterion θυμιατήριον
Capſula vel arcula thuraria
Cuſtos thuris, apud Ovid.

Jam Certaine, vide ſure.

Certainly, vide without doubt.

Certifie me of your buſineſſe.

Fac, redde me certiorem de ſtatu tuo & de omnibus conſiliis
Significa mihi, expone, aperi, explica, perſpicuè demonſtra rerum tuarum omnium ſtatus, quis tuus animus, qui ſenſus, quæ ſunt conſilia.
Fac ut de tuis rebus, tuiſque conſiliis, cognoſcam, intelligam, certior fiam.
Ex tuis literis erudiar, inſtruar.
Imaginem rerum omnium, cogitationumq; tuarum literis oſtende.

a Certificate, vide Paſport.

to Ceſſe, to Tax, or Leavy a Subſidy.

Cenſere cum accuſativo

Facultates æstimare
Censere populos
Censum agere, habere
Ἐξίτιμον ποιεῖν
Facere æstimationem
Novos subinde populos deglubere, exugere, deprimere exactionibus
Onus miseriæ plebeculæ, aggravare
Exactiones facere
Insolitis exactionibus populum, subditos onerare
Inusitatis & inauditis exactionibus ditiones gravare
Tributo gravare
Angariare
Deglubere tenues, to pill, or pole, &c.
Emungere, Extorquere pecuniam.
Emulgere
Compilare, expilare plebem diversis mationibus
Exactionibus opprimere, atterere
Tributis subditos premere
Exugere plebem
Eviscerare, exossare, extentare
Usque ad vivum miseram plebeculam deglubere
Ad vivum usque cutem tondere
Populum usque ad radicem arrodere, Erasmus
Sanguinem sudoresque plebis vel rusticorum absorbere, ingurgitare
Explere scrinia sanguine pauperum
Excoriare
Devorare usque ad ossa
Excarnificare, vel ut habet vates regius
Devorare Dei plebem.

to Chafe, to Fume, to be Angry.

Indignari. Zelari, apud Prophet.
Stomachari. Subitomachari
Gerere iram. Ringi. Tumere
Incensum. Percitum, concitum esse
Mordere labrum, seu frœnum mordere, proverbia sunt
Molestè, indignè, graviter, ægrè ferre
Ira commoveri. Succensere
Magno irarum fluctuare æstu. Virg.
Iracundia turgere, ardere
Bile tumere atra, Exardere
Corrugare nares
Plumbeas iras gerere, apud Plaut.
Bilem ex alicujus rei tædio conceptam effundere
In fermento jacere
Ἐν τῇ ζυμῇ κεῖσθαι
Et ithemare proverbiall: Frontem ferito
Supra modum & impotenter indignari.
Iram evomere omnem
Virus effundere.

to be chafed or made angry, to be in rage.

Irasci, Accendi
Incendi, moveri ira
Commoveri. Offendi
Iracundia & indignatione accendi
Acrius incolescere
Incandescere. Inflammari
Dare vela indignationi, iræ, apud Plin.
Fervere. Effervere. Succensere
Effervere vel ebullire. Gravari
Excandescere, ad furorem præ nimio animi impetu vergunt.
¶ Contra, Deferbere seu defervere, refrigere vel refrigerari, apud Fabium, ac deflagrari, & relangueſcere dicitur ira, indignatio, quando homo mitescit, & placidus fit, & fervor animi consedisse, recedisse, to be quiet, or well pleased again.

to Chaine, to tie in Chaines.

Catenare, Vinculis ferreis vincire
Catenas injicere alicui, nectere vel inducere.
Compescere catena. Aliquem ligare catenis
Cadere in plagas

in

In casses incidere vel decidere
Teneri laqueis.

A Chaire, vide a Stoole.

a Chamber.

Cubiculum, θαλαμος,
Cella, κοιτη
Conclave, media producta
Triclinium veteribus dicebatur ab ordine lectorum
Cubiculum interius, remotius
Cubile lectus est id quo cubarur
Ecthecæ ἐκθῆκαι, vel ut alii legunt ἐξωστρα, cubiculum, thalamus, sponsi proprie
Pastophorum. 1. Maccab. 4 sacerdotis templi domicilium, cubiculum, thalamus.
Camera ejusdem non est significari, sed testudinem denotat tectumque devexum & recurvum, a vault.

a Chamber-pot, vide Pisse-pot.

Chamblet.

Vestis undulata, quod ad undarum similitudinem picta sit
Vestis cæmatil s, κιματιδιος
Pannus camelinus, grograine, mockado, &c
Symbolum συμβαλλαιον
Vives capripilliam vocat in colloquiis, quod ex caprarum & hircorum pilis fiat.

to Change. to translate.

Reculas alienis commutare, mutare, permutare
Commutationem facere rerum.

to Change his minde.

Sententiam mutare
Calculum reducere
Aliud instituere, ἑτερα ἀρχειν
In varias distrahi sententias

Quo ego pacto diversus distrahor? Co.
Vertere, commutare, mutare sententiam, consilium
Opinionem mutare
Μετανοιδιος, μεταβολαδιος
Parum bene institutum recantare
Flectere sententiam, Salust.
A proposito resilire, declinare
Referre pedem
Animum immutare
Discedere à sententia, vel de sententia
Alterius duci suasione
Mutare institutum
Mutare mentem, apud Horat.
Vertere animi decretum, Eras.
Pœnitere consilii
Ab instituto deterreri
Instituti suppœnitere dicitur qui sentit sententiam animi sensum labescentem, Erasmus
Vertere vela, vestigia, proverb.
Funem reducere,
Vertere consilium rei non satis commodè institutæ.
Imitari nepam, id est, cancrum apud Plaut. to goe backe from ones word.

to Chap, vide to Gape.

a Chappell, vide Church.

to Charge, or to lay to ones Charge, vide to Accuse.

to Charge or Command, or Bid.

Committere, mandare
Demandare, ornare mandata
Mandata verbis dare, jubere
Credere, concredere
Dare negotium
Imperare
Curæ tradere, præcipere
Delegare officium, provinciam
Ἐπιτρεπειν, præscribere
In manibus dare, ἐγχειριζειν.

Pro quo vulgus ineptiens dicit dare in negotiis. Denunciare
Injungere aliquid negotii. Eraſ.
Mandare, tradere provinciam, negotium, onus, ἐφίστανειν
Imponere humeris vel in humeros
Imponere humeris vel in humeros provinciam
Curam rerum demandare
Rei gubernaculis, negotiorum molibus præficere
In mandatis dare & legare negotium, apud Plaut.
Summum rerum alicui committere.

to have or take a Charge.

Onus ſuſcipere, ſupponere oneri. In mandatis habere, onus ſubire
Suſcipere curam
Non rate molis agebat, conſtantem debilitavit, onus membra gravabat.

a Charge.

Cura, onus, pondus,
Provincia.

to take the Charge of the common wealth.

Gubernare, gubernare
Suſcipere, gerere, adminiſtrare Rempublicam.

Charges, vide Expenſes.

a Chariot, a Coach, vide a Dray, a Wagon or Cart.

to Chaſe Deeres, vide to Hunt.

Chaſte, Pure, Undefiled.

Pudicus, caſtus, integer
Incorruptus, illibatus, inviolatus
Immaculatus, intemeratus
Continens, temperans
Cœlibem agens vitam mundus
Ab omni muliebri congreſſu alienus.
Purè, caſtéque vivens
Laude pudicitiæ celebris
Caſtum cubile ſervare
Me natura pudicum fecerat, & caſto pectore durus eram
Bellerophontes, Hippolytus
Hippolytum imitans
Telamone caſtior.

Chaſtity, or Purity of life.

Caſtitas, puritas
Caſtimonia, integritas
Munditia, & mundities viæ
Continentia, pudicitia
Ἁγνεία, καθαρότης.

to chaſtiſe the body, to bring down the wanton fleſh, or to keepe it under.

Carnem cohibere, macerare
Caſtigare corpus, & in ſervitutem redigere, ut eſt apud Apoſt.
Fraudare, defraudare Genium, id eſt, naturam
Naturæ negare quod appetit, non ſatisfacere
Afficere carnem, ut obediat ſpiritui, imperio, conſiliis obtemperet, apud Ambroſ.
Fraudare corpus voluptate
Subducere cibum & potum
Cibo ad tempus abſtinere.

to Chaſtiſe, vide Puniſh.

a Chatterer, vide a Babler.

by Chance I loſt my cauſes.

Evenit, obvenit, contigit, obtigit, accidit. factum eſt caſu, caſus tulit, fortuna fecit, fortuna placuit ut cauſa ceciderim, litem perdiderim.

to Change his mind.

In

In ſententia non permanere, non perſiſtere, non perſeverare, non pergere.
Sententiam non retinere, non tueri, non ſervare, à ſententia diſcedere
Mutare ſententiam, conſilium, opinionem
Inſtituta, curſum opinionis alio convertere, flectere.

a Chancellor.

Cancellarius, Summus judex
Summum judicem agens
Judex primarius
Princeps ſcribarum
Ab archivis, ſcriniis, præfectus, **the Maſter of the rolls.**
Archigrammateus
Ἀρχιγραμματεύς.

to Chaw or chew meat.

Maſticare vulgo μλάω
Manſitare, à mandere
Dentibus frangere, conficere
Dentibus comminuere, conterere, atterere
Dentes infirmi eſcas conficere, Plauto dicuntur, id eſt, molere.

a Cheane, vide Collar.

to Cheapen, vide to Buy.

to make good Cheere, to uſe feaſting, revelling, or banquetting.

Curare corpus
Inſervire ventri, γαστρίζειν
Curare cutem, ſeu cuticulam
Comeſſari κιχλίζειν
Græcari
Pergræcari
Indulgere genio, gulæque ventri
Crapulari
Κραιπαλίζειν
Certare poculis, vino, mero
Urgere cululis, poculis, vino
Æquis, æqualibus, certare hauſtibus
Vacare corpore gulæ
Græco more bibere
Vivere Bacchanalia
Τὸ διονύσια ἄγειν
Molliter, delicatè vivere
Laute, generaliter vivere
Epulis noctes diéſque ducere,
Ventrem diſtendere
Epulari
Vivere patinis
Nepotari
Bacchari
Magnificè convivari
Bacchanalia celebrare
Εἰλαπινάζειν
Bellum agere homunculum
Epulari, obſonare pollucibiliter, quod Græcis μεγάλως καθίζεσθαι ἢ ὠρχῆσθαι dicitur, Magnis certare poculis
Poſcere majoribus poculis Cic.
Abdomini ſervire, famulari
Ingluviem farcire
Capere dulcia, apud Perſium
Seſe molliter curare
Feſta celebrare Lyæi
Orgia vivere
Potationibus indulgere
Sibariſſare
Propinari
Genialem agere vitam.
Cibo potuque ſe diſtendere
Vitam agere intemperantem
Toto anno, vel perpetuo celebrare Saturnalia, Bacchia, orgia. Eſt apud Senecam de Claudio Imperatore ſemper diſtento & madente
Vino illecebriſque diffluere
Perpetuam madere noctem
Quotidie Baccho ſacra facere, idem
Vivere abſolutè. Catullus
Vivamus mea Lesbia
Curare pelliculam, apud Horat.
Sacrificare genio
Genium colere accuratius, & bibere meracius.

to Checke, to speake spightfull words, to Raile upon, to Slander.

Lædere maledictis, Probris petere
Allatrare, pro convitiari, per metaphoram.
Convitiis, contumeliis digladiari & debacchari
Fanda pariter & nefanda in aliquem evomere
Ad levicula verba tragico insurgere vel intonare cothurno
Cavillatione ac maledicentia agere
Ἀσέλγαιν
Iactare crimina
Principem maledictis petulantissimè nominatim figere
Contumeliam, scommata, dicta in aliquem jacere
Nominatim apertèque in aliquem, in principes, majores, magistratus incurrere
Solvere in Deos ora
Militiæ suprema quæque in aliquem effundere
Contumeliosissimis nominibus petu lantissimè divexare
Inimica dicere dicta
Dira precari
Dentes infigere in aliquem
Non toleranda afficere contumelia
Tangere aliquem convitio, scommate
Edere verba præterita, scelerata, impia, aspera
Convitium facere
Dicere, Fundere
Conjicere maledicta
Convitiari
Crimina, probra, convitia, læsiora congerere
Mordere dictis
Virulenta rabie & execrabili furore debacchari
Insultare jacenti
Contumeliis vexare, insequi, aliquem invadere
Quæ mea Calliope læsit
Lacessere, proscindere, conscindere convitiis, maledictis
Lancinare, lacerare, dilacerare convitiis
Distringere carmine aliquem
Suum expuere livorem
Amarulente convitiari, acuere linguam
Contumeliam dicere
Conspurare metaphoricè
Affligere contumeliis ὀνείδεσιν
Ὑβρισμοῖς βλασφημίαις
Dicteriis incessere, vel convitiis
Insectari aliquem maledictis
Probrosis exagitare nominibus
Probrum ingerere vel objicere
Convitiis figere, insectari. Vide to Slander.

a Checke, a Reproach, or Rebuke.

Convitium. Maledictum
Blateramina contumeliosa
Archilochia edicta
Contumelia
Contumeliosa ac virulenta verba. Vide Shamefully.

the Checke.

Mandibula, γαμφηλὴ
Maxilla. Mala.
Buccha pro eodem, apud Plaut.

to Cherish, to make much of,

Fovere, mulcere, amplecti
Complecti, indulgere
Charum habere, magnificare.

Cheerefull, vide Glad.

A Chizill or Wedge.

Celtes. Cœlum à cœlando
Græcis ἰγκωνὶς, κόλλοψ
Cuneus, ἔμβολον
Epischidion apud Vitru.
Cuneolus ferreus.

a Cherl.

a Chest, a Coffer.

Cista, Cistula κίστη
Arcella. Arcula, Scrinium
Scriniolum. γλωσσόκομον.
Reconditorium. Custodiarium
Repositorium. Theca. θήκη.
Capsa. Capsella
Chartophylacium
Tumbæ. Thecæ argenteæ
Faviſſæ reliquiarum capiſulæ apud Romanos in Capitolio.

to chide, to Rebuke, to reprehend. vide to brawle.

a chiding, vide brawling.

chiefly vide eſpecially.

a little child, or a babe.

Puſio. Puer. Puſillus
Puſillulus. Parvus. Parvulus.
Puellulus. παιδίον
Pupus apud veteres.

a fatherleſſe, or motherleſſe child

Orbus. Orba. Orphanus
Carens parente.

Children.

Liberi. γνήσιοι παῖδες
Proles. φίλτατα
Soboles. Pignora, & in ſingulari pignus pro prole Soli. de rege Taprobane. Si forte dum regnant, pinguis ſuſtulit, exuitur poteſtate.

to get, or to bring forth children.

Tollere, ſuſcipere liberos, prolem, filium ex aliqua, eſt gignere, progignere, quærere

Liberos generare, progenerare ἀναμείξας παῖδας
Et ſic dicitur de patre, Suſtulit filium pro ſuſcepit vel habuit, ut ſit præteritum à tollo
Filios procreare, gignere, Patrare
Dare operam prolibus, liberis
Παιδοποιεῖν
Filiis procreandis operam dare

from his childhood, youth, or infancy.

Ab ineunte ætate
Παιδίοθεν, παιδόθεν
A teneris annis. ἐκ νέων
A teneris unguiculis, seu ut Græci dicunt, ἀπὸ ὀξυκαλῶν ὀνύχων.
A parvulo
Ἐκ παίδων
A pueritia prima, Puer
A pueritia. A pueris
Ἐκ παίδων. A parvis
A primis annis. ἐκ πάππου
A rudibus annis
A tenera ætate
A primis vitæ rudimentis
Ab ipſo vitæ limine
Ab ineunte pueritia, per omnes ætatis gradus ad ſupremum uſque vitæ diem
Cùm corpus adhuc à matre tuberet.
A crepundiis
Ab ipſo vitæ exordio
Ab incunabulis
A cunabulis primis
Ab infantia
A tenellis unguibus
A puero puſillo, apud Plaut.

great with childe, vide woman.

a chimny.

Fumarium. καπνοδόχη
Caminus. κάμινος
Infumibulum, fumale, & nàtis the pipe, propriè quidem infumibulum, pro camino etiam ponitur.

Focus propriè pavimentum sub camino significat, the hearth
Ἑστία, Græcis.

Chips.

Assula, σκίδαλμοι
Clabula vel clavola, apud Var.
Fomes.

to chop off ones head, vide to Behead.

to Christen, vide to Baptize.

to Choke. to Strangle.

Suffoco, Præfoco, media producta contra aliquot Grammatitarum opinionem ἄγχω.
Ἀγχονᾶν Interstringere
Stringere gulam guttur
Ἀναπνίγειν. Strangulare
Laqueis implicare colla
Guttur. i, per vincula laquei
Obstringere, constringere collum,
Premere jugulum. Vocem includere
Obtorto collo gulam præfocare,
Gulam frangere.

to Choole, to elect, to picke out.

Eligere. Deligere, ἐκλέγειν
Delectum agere, & habere
Suffragiis designare, eligere
Legere pro eligere apud Cic.
Capere apud Terentium: Me cepere arbitrum
Sumere pro eligere apud Plaut: Sumat aliquem ex poculo
Excerpere commodissima, bona quæq;,
to pick out the best.
Suffragium inire, **to elect or choole by voice,** apud Liv. & Cic.
Libera dare populo suffragia, apud Iuven.
Opinionem facere, **to give the choice.**
Non tam hominum suffragiis quàm Divini numinis calculo delectus atque ascitus. **Elected or choſen of God.**
Emendicata suffragia, apud Gratianum, sunt potentium, seu nobilium commendationes.
Potioris partis suffragio. **By the most and best voices.**
Electus, creatus, calculis omnium, & suffragiis statutus uno ore, summo consensu, omnium sententia, comprobatione constitutus, designatus, allectus, **Elected or choſen.**
¶ Septem virorum summus in Romano imperio senatus, **the Electours of the Empire.**

Chronicles, vide Histories.

it is Chronicled, vide Written.

a Church, a Temple, Chappell, a Chancell.

Templum ναός
Domus Dei, orationis
Ædes in singulari tantum numero
Ædes toto terrarum orbe Buscoducis celeberrima
Ponitur quoque in numero plurali pro Templo, sed ferè semper cum adjectione, ut sacræ ædes
Sacrum, substant. ἱερόν
Asylum pro Templo ponitur Poetis
Lararium apud doctos legitur
Ædicula diminutivum pro sacello, **a chappell.**
Sacellum νάϊσκος
Oratorium. Adytum Sanctuarium.
Delubrum, media producta, & Phanum apud veteres idololatras dicebatur
Domus deorum.
Ara. Altare apud Poetas
Rhenanus in scholiis historiæ tripartitæ scribit olim in Christianismi principio templa Dominica vocari solita, unde in hodiernum usque diem

diem lingua vulgari dicimus domine, hoc est dominicum Latinè. vocis hujus usus est in vetustis, & Greg. Nazian.

Κυριακὴ quoque Græcè, nostrate lingua vulgari **Church** dicimus

¶ Sacrarium Ἱεροφυλακεῖον & Cella pars templi sacratior

Sacrista apud probatos authores non invenitur.

to Christen, vide Baptisme.

Churlish. wayward in company.

Nimium acerbus, durus, difficilis, asper, tetricus es in consuetudine

Consuetudo tua difficilior est quam propter suavitatem nullo expetatur

Minime jucunda est, Amara potius atq; odiosa est

Minime accomodatus ad mores, consuetudinem & naturam es

Ita te morosum difficilémque præbes in consuetudine

Ita mores aliorum fastidis, ut nemo te, tu nemine uti possis

Ut neque tu quenquam, neque te quisquam ferre possit

Ut nequetu cujusquam consuetudine, neque tuâ quisquam frui possit.

Circumspect, Wary, Advised.

Providus. Prospiciens

Circumspectus. Polytropus

Cordatus. Sciens. Solers.

Gnarus. Cautus. Intelligens

Prudens quasi Providens

Oculos in occipitio gerens, prov.

Alter Ianus Ἰανὸς ἕτερος

Afronte simul & occipitio oculatus.

to be Circumspect, to foresee.

Cavere, Prospicere sibi

Cautionem habere, adhibere, adjungere

Circumspicere diligenter animadvertere, attendere, providere

Curare. Cogitare. Cogitationem rei alicuius susçipere.

a City, vide Towne.

Civill, vide Gentle.

a Clapper, a Rattle.

Crepitaculum. κρόταλον

Crotalum. σύϱτον. Systrum.

the Clapper of a Bell, or Doore.

Ropalum, campanæ malleus

P'όπαλον, & quo ostium pulsatur malleus, impulsor, ostii annulus, circulus, circus, πύϱτις fores propellens, qui & ϱόπτϱον dicitur.

Erasmus in Colloquiis circulum illum ferreum sive ostii annulum cornicem vocat; Græci κορώνην.

to Claw, vide to Scratch.

Cleane, Neate. Pure, Chast, Undefiled.

Purus. Mundus. Tersus

Politus. Immaculatus. Integer

Pudicus. Inviolatus

Incorruptus. Intemeratus

Illibatus. **Unspotted**

¶ Nullas ferens sordes

Insolens sordium

Munditiarum perquam studiosus

Mundulus

¶ Castus ἁγνὸς

Cum Bellerophonte pudicitia audens contendere

Spectatum satis & magnum continentiæ exemplum.

Sine ulla libidinis vel turpitudinis nota

Falluntur qui idem significare putant cælibem quod castum, nam cælebs is proprie dicitur, qui uxorem amisit,

misit, vel certe jam non habet, etiamsi non habet concubinas. vide chaste.

a Cleane, or pure heart.

Cor purum, Mundum
Tersum, conicia mens recti
Cor liberum, & vitiis castum
Expurgatum à peccatorum sordibus
Nullius sibi mali conscium
Καθαρόν. Sine macula
Sine labe. Sincerum
Bona fide, recta mente aliquid facere, efficere
Nitidum. Albicans. Defecatum.

to make Cleane, to Wipe, to cleanse.

Abluere. Eluere
Lustrare. Purgare
Mundare. Detergere
Purificare. Expurgare
Καθαρίζειν. Sordibus liberare
Mundificare. Emundare labem
Expiare, Emaculare.

Cleare. Pure, Bright.

Clarum. Splendidulum
Fulgidum. Nitidum
Serenum. Limpidum
Coruscum. Luculentum
Purum. Perlucidum & Pellucidum.
Lucidum. Perspicuum
Translucidum. Evidens
Non obscurum. Liquidum
Sole meridiano clarius. Nitens.
Solaribus radiis lucidius, radiantius
Vitream habens perspicuitatem
Quod vel cæco appareat
Quod purum, perspicuum sit.

to Cleare himselfe, vide to Purge.

Clearely, Evidently, Manifestly, Plainely.

Manifestè. Liquidè. Planè
Clarè. Apertè. Διαφανῶς
Ad liquidum, apud Hiero. σαφῶς
Dilucidè. Luculenter
Luculentissimè. Evidenter
Splendidè. Lucidè
Perspicuè. Distinctè. Disertè.

to Cleave.

Findere. Cuneis scindere
Quadrifidam quercum cuneis scindere
Rimam facere, ducere.

to Climbe, to Mount, to Ascend.

Ascendere. Conscendere
Summi fastigia recti ascensu superare
Evadere ad summa fastigia culminis
Niti gradibus.

to cloath, to apparell, to put on a Garment.

Inducere vestem. Convestire
Investire. Circumvestire
Velare corpora. Imo velamine cingere
Insignire amictu
Circundare amictu corpus.
Veste corpus tegere
Vestem induere, injicere amictum.

a cloathing, a garment, vide Apparell.

a clocke, a Diall.

Horologium, Sciaterion
Ὡρόσκοπα, ἡλιοσόμα, σκιόλογα, Græcis dicuntur
Horologium, solare & solarium generali vocabulo, quod ad umbras solis horas demonstrat, sive pendeat, sive jaceat, hoc est, sive verticale sit, sive australe

Clepsydra

Clepſydra, horologium aquarum
Clepſammidion, apud Eraſmum
Sciatericum, quod inepte Compoſſum vulgus dicit
Pyxidecula Hermolao Barbaro nominatur, qua nautæ utuntur
Gnomon, ſtylus vel Solis umbilicus, ut Plinio appellatur, qui horas ſignificat, the wiſer.
Index horarius, idem Sciatheras.

a Cloake, a ſpaniſh Cape.

Pallium Græcorum ἱμάτιον
T ga Romanorum
Reciſum cucullatum ac Cucullio, apud Vivem, pallium Hiſpanicum
Penula, lacerna, pallium itinerarium
Δασύπιλον Veſtis villoſa, hirſuta
Amiculum. Palliolum
Tegmen à Cicerone dicitur
Impluvium. Sagulum
Sagum villoſum eadem ſunt
Ἐπενδύτης
Palla mulierum propriè eſt
Chlamys militum
Paludamentum & Epheſtris, a coat armour.

to Cloſe, vide Hide.

to cloſe ones eyes, vide Eyes.

Clowniſh, vide Rude.

a Cluſter of Grapes, vide Grapes.

a Cobler, vide Tailer.

a Coach, vide Dray or Litter.

a Cocke bird.

Gallus, li. Gallinaceus ſubſtantivum
Ἀλεκτρυών, quod nos à lecto exuſcitet, ſic dictus Græcis
Et Gallus gallinaceus
Criſtata volucris, avis
Ales lucis, ſeu diei nuncius
Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

a Cock, a Spigot, vide Tap.

Cockle among corne.

Lolium ζιζάνιον
Zizanium, & Zizania
Æra, Ægilops, Feſtuca
Avena ſterilis, Virg.

a Cod-fiſh.

Aſellus. Eraſmo & aliis dicitur, ὄνος. Græcè piſcis (ut ſcribit Galenus) facilis digeſtionis
Capito, onis, N. G.
Pompius à nonnullis dicitur, præſertim Murmel. unde quidam
Pompius à tumido venit cui corpore nomen
Milago, in Germania ſuperiori Locetur idem credo piſcis qui nobis
Aſellus dictus
¶ Salpa, piſcis idem vento induratus, Stock-fiſh, quem alii Bergoſium, nonnulli ſtrumulum vocant.

a Coffer, vide Cheſt.

a Coffin, vide Biere.

a Coife, a Caul.

Galericulum. Reticulum
Κεκρύφαλος. Retiolum
Crobylum κρωβύλον retiolum vel reticulum comam continens
Vitta proprie mulierum. ταινία.

Cold.

Frigus. Frigor. ψύχος
Rigor, ῥίγος
Glacie frigidior
Gelicidium. Pruina
Gelum, gelu vel gelus

to

to be, or to suffer Cold.

¶Frigere. Algere. Rigere gelu
Obrigere hyberno frigore.
Dirigere, apud Virg. Frigore obrigescere. Confici frigore
Hybernis mensibus, temporibus, frigore concuti, to have great cold. Horrere
Glacialem actum experiri
Frigore lapsa cadunt folia
Concrescunt currenti in flumine crustæ,
Vndaque jam tergo ferratos sustinet orbes
Algescere, Frigescere, rigescere, &c. inchoativa
¶Frigidum, algidum, gelidum, pruinosum, glaciale, brumale, hybernum, hyemale.

a Collier. a Chaine, an Ouch, or Bracch.

Monile, Segmentum, apud Valerium Maximum
Torques, & secundum Probum grammaticum Torquis
Χλοϊδες, ὅπερ ἐστὶ χάλιον. Murenula
¶ Torques aurei velleris, torque aliquem honestare, Munere & societate aurei velleris, aliquem dignari, decorare
Miles ordinis aurei velleris.

a dogs Collar.

Collare Canum. Melium
Millum & Millus
Collare canum venaticorum confixum clavis ferreis eminentibus adversus impetum quorumcunque
Collaria, apud Plautum.

Colewoyts.

Brassica, Lampsana
Caulis, καυλὸς.
Brassica, Appiana, quæ alio nomine Caputinum, & Sedelana dicitur.

to Come againe, vide Returne.

to Come against, vide Meet.

to Come before, vide to Prevent.

to Come forth or goe abroad.

Exire in publicum
Prodire, in orbis theatrum, in publicum
Venire sub oculos hominum
Prodire
Procedere in solem. Terent.
Prodire, venire, in lucem, sub hominum conspectum, in publicum, in lucem & in hominum manus
Exire. Exire officinam.

Come hither.

Huc iter accelera Huc gressus move
Accurre huc. Terent.
Adsis, πάρειθι, Adesto
Ades absolutè pro veni, accede
Fer pedem huc. Huc iter dirige
Huc contende. Huc flecte gressum
Adesdum, paucis te volo.

to Come in good time.

Commodùm venire, adesse. Salu. ubi commodùm est adverbium
Pro opportunè, κατὰ καιρόν.
Venire, advenire in tempore
Opportunè, commodè, optimè se offerre, advenire, adesse,
Oppido, Opportunè te obtulisti mihi obviam. Terent.

to Come in use or Custome.

Abire in morem
In consuetudinem venire, abire, exire
Irrepere paulatim

In usum abire
Inolescere, inolere
Serpit hæc consuetudo per homines.

to come to passe, vide to happen.

I will come quickly, vide not Tarry

to Come slowly, leisurely.

Tardè venire, serpere
Pedetentim ire, Foot for foot
Testudineo uti gradu
Itineri, plateæ immorari
Nectere moras.

to Come to himselfe againe.

Ad se redire, apud Terent. Reddi sibi.
Remigrat animus nunc demum mihi
Corrigere se, est dissipatas animi partes in suum rursus locum cogere, quando depulsa mentis perturbatione quietior quis redditur.

it Commeth or riseth from thence.

Hinc vel inde proficiscitur, venit, provenit, profluit, manat, dimanat, oritur. surgit, fluit, nascitur, exit, originem ducit, permanat.
Hujus mali causa in re tota residet, quod huc calamitates omnes reddiderimus.
Causari pro originem ducere; Morbus causatur ex corrupta natura.
Peccata ex vitiis manant, ut scribit Cicero. Hinc ortum est, natum est malorum agmen
Ille author est, origo, principium
Radix malorum omnium
Ἀρχὴ κἀκῶν
His exordiis, his fontibus cœpit vitiorum colluvies, turba malorum
Hæc culpa, hic error
Exorta omnia à te
Hoc semigarium fuit
Ex uno fonte omnia scelera manere cernimus. Cic. Ex hoc fonte.

to comfort, to solace, to recreate or refresh.

Solari, παραμυθεῖ
Lenire aliquem consolatione, amicis verbis Delinire
Dare solatia. Cic.
Uti solatio
Lenire metaphor. ut explere pro consolari, apud Terent.
Solamen adferre, solatia, consolationem adhibere Solatio esse
Tristibus rebus solatia supponere,
Oblectare animum, dolorem animi lenire, consolari
Ψυχαγωγεῖν, παραιδεῖν
Dolorem levare
Amorem solatur musa
Remedium ferre doloribus
Mœrorem minuere vel abstergere, excutere
Pectus tranquillitate reddere
Consolatione lenire
Lachrymas alicujus solari
Erigere afflictos, apud Ciceronem animum erigere consolationibus
Anxios levare, & ad meliorem spem evehere, vide to Encourage.

Comfort, Consolation, Recreation.

Solamen, solatium, consolatio
Lenimen, levamen, sublevamen curæ casusque
Allevatio, Recreatio
Allevamentum, apud Cic.
Oblectamentum, Ψυχαγωγία
Delectamentum, delenimen.

Comfortless, or uncomfortable.

Nihil est quod solatium, consolationem præbere, afferre, parere, solatio esse, consolationi esse mihi possit.

Nullo

Nulla res est, quæ creare, reficere, levare, vindicare a dolore, liberare sollicitudine, eximere dolore, abducere à cura, avocare à molestia, abstrahere, avellere à mœrore animum meum possit
Nulla jam consolatio animum meum afflictum, langaentem, jacentem, erigere, excitare, confirmare potest
Pessime affecto animo, ægrotanti, laboranti mederi satis nulla ratio valet
Parum apta remedia reperiuntur, inutilis, infirmus, inanis, supervacanea prorsus omnis medicina est.

Comlineſſe, vide handlomeneſſe.

to Command a thing unpoſſible.

Tu mihi imponis, imperas, mandas, præcipis, jubes, committis, quæ sustinere non possum
Quæ vires meas exuperant, quæ præstare, efficere, perficere, exequi vix possum
Magni negotii est, summæ difficultatis, operæ non exiguæ, ad exitum ea perducere, quæ in mandatis a te habeo
Dura nimis, gravia, difficilia mihi imperas.

a Commandement. a Statute, an Act of Parliament.

Edictum, Imperatum
Mandatum, Decretum
Statutum, Præscriptum
Lex νόμος, Rogatio idem
Præceptum, Jussum
Lege cautum, Sancitum
Ψήφισμα, Consultum
Imperium, Senatusconsultum.
Ἐντολὴ, Πρόσταγμα.

Cruell Commandements.

Imperia Manliana
Phalaridis imperium
Zaleuci lex, proverb. pro edicto mandatoque plus satis rigido, parum jue humano
Jugum durissimum, in Bibliis.

to punish, to make or ſet forth a Commandement, Proclamation.

Indicere, præscribere legem
Edicere, seu edicta præcipere
Facere plebiscitum, Senatusconsultum
Ferre legem, imperare
Γίνεσθαι τὸν νόμον
Legem instituere, constituere, promulgare, sancire, componere, imponere, scribere, jubere
Rogare legem, scisscere
Leges trahere, mandata dare, To ſet forth.
Rogationes scire
Decretum facere, interponere
Ponere decretum, jubere
Decernere. Statuere
Statuere decretum, apud Hieron.

to Commence an action, vide to ſue the Law.

to commend one friend to another.

Sic eum tibi commendo, ut majore cura, studio, sollicitudine animi non possum.
Quanti te facio, quanti es apud me, quanti mea est erga te observantia, quantum tibi tribuo, tibi defero pro mea de te opinione, pro animo, voluntate, studio in te meo, peto à te ut hominem susciplas, complectare, foveas, in tuis habeas.

Ut cum mea causa, tua authoritate, conservatum velis, cures ut ex hac mea commendatione mihi quam maximas agat gratias
Ut intelligat hanc meam commendationem sibi apud te, maximo adjumento & ornamento fuisse
Eum (si me diligis) eo numero cura ut habeas, quo meipsum.

to commit, or leave matter unto God.

Diis permittere, committere
Deo fortunæque committere
Permittere divis, apud Horat.
Dare se fatis, Apud Virg
Jovi fuerint hæc omnia curæ.

to Commit a great or hainous fact.

Conficere, patrare facinus
Admittere, perpetrare, committere, Edere, signare facinus indignum, flagitium, noxam, turpe aliquid
Facere facinus indignum se aut suo genere
Facere capitale, id est, facinus capitale. Plaut.
Facere nefas, scelus, flagitium
Committere, edere facinus, scelus in patriam
Quod scelus quod facinus parricida non edidit
Immanes æquare crimine Cacos.

it is Common or Vulgar.

Protritum. Tritum
Triviale. Vulgare
Vulgatum, Pervulgatum
Populare. Promiscuum
Commune. Quotidianum
Passim obvium. ἐγκύκλιον.

a Common Proverbe or saying.

Proverbium. Diverbium
Adagium vel adagio
Verus verbum
Vulgi fabula, dicterium
Dictum celebre, celebratum
Vulgo jactata sententia
Parœmia
Populi dispersa per auras fama.

Commonly, for the most part every where.

Passim. Vulgo
Παιδιμεί
Plerumque adverb. Popularitæ
Ab universo populo
In compitis triviis.
Publicè, Publicitus
Trivialiter
Ut plurimum.

Commodity, vide Profit and pleasure.

Commodious, vide Profitable.

a Commotion or Sedition.

Seditio. Factio
Conspiratio. Motus
Tempestas Perturbatio rerum
Rerum novarum molitio
Tumultus, Turba
Turbatio, Dissentio
Commotio, Controversia
Dissidium, Schisma
Divisio. Discordia
Ἀρχόνια, διχοστασία
Coitio arcana & factiosa pactio
Tyria maria, proverb. pro ingentibus turbis, re admodum tumultuosa.
Et ἀναρχία Græcè, significat populi rebellionem, contumaciam, quum nullo principe tumultuantur, nulli parens, pro sua libidine rem gerens, vide Sedition.

a great Company.

Turba. Agmen
Multitudo. Cohors
Caterva. Phalanx
Cœtus. Turma
Grex. Frequentia. vide **multitude.**

Companions, Fellowes, Mates.

Sodales, ἑταῖροι
Quos ego dilexi fraterno amore sodales
Contubernales
Commilitones. Socii
Compares substantivè
Consortes
Comites apud Lucan. pro socii
Sub eodem papilione versantes
Comites & socios sæpè conjungit Cicero
Collegæ socii etiam sunt, sed indignitate aliqua
Sed complices in malo, in scelere participes, societate scelerum obstricti,
of one sort or company.
Eiusdem farinæ
Ejusdem factionis
Ex eodem grege.

to Compare, vide to liken.

not comparable to him.

Non est cum illo comparandus, conferendus, æquandus, coæquandus, æquiparandus.

a Comparison, vide Likenesse.

to have Compassion or mercy, or to take Pity.

Compati. Condolere
Misereri. οἰκτείρειν
Miserari & commiserari
Misereſcere. Miſeret me tui
Commoveri, Moveri misericordia, valde moveri
Respicere & solari jacentem
Συμπάσχω. misericordia capi. Cic Tuo mœrore maceror, marcesco, consenesco, & tabesco miser.
¶ Contrà Viscera, cor, claudere egeno, inopi non misereri.

to Compasse a matter in few words.

Dicta summatim colligere
Summam conferre
Resigere in summam
Recapitulare
Capita rerum summatim repetere, summatim instaurare
Paucis sententiæ rationem reddere
Conferre rem in pauca
Paucis absolvere, concludere
Summam rerum decerpere, uno fasce complecti, proverb. **to touch the ground of the matter.**
Ne quæ sunt infinita prosequar, summatim dicam
Rerum summam quam potero, paucissimis perstringam. Multa prætermittendo, coronidem inferre
Summam rei in pauca conferre
Rerum capita strictim persequi, non longis laxisque verborum peristromatis orationem perducere
Ad capita redigere
Ἀνακεφαλαιοῦσθαι
Fusius sparsimque, dicta paucis repetere
Perorare id Latinis dicitur, & epilogum texere.

to compasse about.

Circundare. Circumire
Vallare. Circumfundere
Ambire. Vide, **to environ.**

to Compell, to Constraine.

Perpellere. Pertrahere

Cogere

Cogere, Adigere
Ἀναγκάζειν. Vim facere
Compellere. Impellere
Urgere. Protrudere
Comminiſci mendacium.

to forge a Lie.

Mendacium conflare, aſpergere, excogitare
Addere culpæ mendacia
Mendacio fucum addere
Mendacia fingere
Rem effectis mendaciis omnibus, lenociniis purpolite concinnare
Vanas pro feris fundere voces.

an open Lie.

Mendacium ſpecioſum,
Prodigioſum, audax, impudens callidum mendacium, a bold Lie
Manifeſtæ vanitatis.

a Liar.

Mendax, Vanus, Falſiloquus
Falſidicus, Vaniloquus, Nugax
Mendaciloquus, Nugator
Nugigerulus μανιολόγος
Nugivendulus, Cretenſis, ψευδηγόρος
Vir inſigni Vanitate
Halophantia, Vaniſſimus.

Lees, Dregs.

Fex τρύξ, Excrementum
Sedimentum ὑποστάθμη
Seda apud Plin. Proluvies
ὑποχώματα
Craſſamentum, Flores vini
Amurca, olea tantum eſt
Magna unguentorum eſt fex.

to Lie downe, or in the bed.

Jaceo, es, ere, Recumbere ſponda
Accumbere toris
Offenſo procumbere pede
Fuſus per herbam
Revolutus arena
Paſſim vino ſomnoque per herbam corpora jacent ſepulta
Strato diſcumbere ſuper oſtro
In gramine ponere corpus.

to Lift up.

Levare, Sublevare
Tollere, Elevare.
Membra de durâ tollere humo
Gelida membra levare humo
Stratis corripere corpus
Solio ſe tollit ab alto

as much as Lieth in me, vide Power.

Lightly, Remissely, without Care.

Leviter in transcursu
Levi brachio, Sparsim
In superficie, Perfunctorie
Ἐξαπατολῶς. quod Vulgus inepti dicit superficialiter
Tenuiter, Cursim
Molli brachio, suspensa manu
Parum attentè, considerate, accuratè, transeunter. In transitu
Quasi in transcursu leviter attingendo
Levi brachio rem peragere, percurrere.

Lightly, without labour.

Faciliter, Ex facili
Citra laborem, negotium, molestiam
Parvo negotio
Ἀπόνως, ἀπόνως
Sine opera. Sine labore
Nullo negotio
Citra pulveris tactum, vel jactum, proverbium
Absque difficultate, Fermè
Nulla adhibita diligentia
Citra sudorem, operam
Nullo sudore. Ne gemmi quidem flexo
Citra pulverem, Proverb.
Nullis laboribus, Perfacilè
Facilè, facillimè
Uno digitulo, apud D. Hieron.

not Lightly or easily, hardly, painfully.

Difficilè, Difficulter,
Haud facilè, haud fermè, Terent.
Fidelem haud fermè mulieri invenias virum. Non facilè. Graviter.
Χαλεπῶς.

a Lightning or a Flaming out of the clouds.

Fulgur & Fulmen, licet Alii distinguant Aëris ardor

Arma Jovis
Fulguratio, Fulgor
Fulgetrum, Fulgetra
Ἀστραπή, Coruscatio
¶ Fulminare, fulgurare, fulgere,
Ignes in æthere fulgent
¶ Fulmen jacere, fulgetra concitare, tonitru movere
Crebris micat ignibus æther
Ignes Capitolinis injicere scribus
De cœlo tangere vel percutere
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther
Flagranti telo dejicere
Fulmina moliri dextra
Mittere fulmina ævo polo
Fulmine adigere ad umbras
Fulmina torquet astripotens
Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo
¶ Fulminatum, fulguratum factum, ictum de cœlo, Διόβλητον.

Light. Vain.

Vanus, inanis, levis, iners, socors, demens: Vento levior, ære inanior.

Like as, vide As.

Like as it were, as great as, equivalent.

Instar, significat ad similitudinem, ad æquiparationem & ad mensuram,
Ad instar, apud Hieron. & Sol.
Ἀτελῶς
In modum. Ad modum
In similitudinem
Ad similitudinem.

to Liken, to Compare.

Comparare, Conferre,
Ἐξισοῦν, Adæquare
Adæquare grandia parvis
Cœquare, æquiparare
Æquare, ἰσοῦν

90

to be Like, to Resemble in forme or fashion.

Referre mores patris, & patrem moribus
Referre vitæ patrem & vitam patris, Pl.
Moribus exprimere
Repræsentare, præ se ferre
Reddere, Terent. Similare
Similem esse, Effingere
Imitari moribus, corporis lineamentis patrem
Et proverbio dicitur, patris esse filium, qui mores imitatur patris
Accedere ad paternos mores
Ferre alicujus imaginem, pro repræsentare
Ἐμφαίνειν
Similitudinem morum referre
Ἐμφαίνεσθαι
Construuntur cum accusativo, personæ, præter
Similem esse
Ingenium patris referre
Paterni, avitique ingenii speciem præ se ferre
Similis quando ad morum vel doctrinæ imitationem refertur, cum genitivo construitur: quando vero corporis lineamenta, cum dativo, ut tradunt Grammatici, confunditur cum differentia

in Likenesse of a man, vide Picture.

it Liketh me well, vide it Pleaseth me well.

if I were Like to you.

Si essem æque ac tu, pariter ac tu, non secus, non aliter ac tu, ita ut tu, uti ut tu, quemadmodum tu, sicuti tu.

Likely, Reasonable.

Rationi consentaneum est, cum ratione consentit, simile veris, credibile, non alienum à ratione, cum ratione congruens
Ratione postulat ut credatur
Est cur credatur, verum putetur
Visum, similitudinem, speciem, formam, imaginem præ se fert, ostendit, non discrepat, non dissentit, non procul abest à ratione.

a Likeness, a Comparison.

Comparatio, Collatio
Assimilatio, Similitudo
Parabola, Parœmia
Ὁμοίωσις.

Likewise, Equally, Even, all Alike.

Æquè, Ἴσως.
Æqualiter, Uno tenore
Æqua parte, conditione
Æquabiliter, Similiter.

to doe, to render Like for Like, vide to Recompence.

a Linage, vide Stocke.

a Line, a Rule, a Row, a Strike.

Regula, Norma
Limen, γράμμα
Amussis & perpendiculum Cæmentariorum sunt.

to Linger, to Stay, to Delay, to Deferre to Put or Drive off.

Morari, Remorari, ἐνίσχω
Demorari, Cunctari
Quærere moras
Moram trahere, ducere, Moliri
Παρατραγῳδεῖν
Iter retardare
Moram facere, Restitare

Mora

Moras nectere
Gradum continere
Siſtere, Comprimere
Pauſam facere, Plaut.
Rumpere, Continere, Iter
Pendere apud Virg. med. prod.

a Lingering, vide Prolongation.

it muſt be done without Lingring.

Non cunctandum, non differendum eſt
Producenda, Proferenda, prorogandæ, protrahenda, extrahenda, longius ducenda res non eſt
Sine mora, ſine cunctatione, ſine ullo temporis intervallo, aggredienda res eſt, tentanda, incipienda, facienda mora non eſt, interponenda nulla eſt, omnis eſt abjicienda mora, immorari, cunctari, lentè agere, indormire non oportet.

Lingring, vide Slothfully, Little, Few.

Modicum, ὀλίγον
Parum, Paulum
Paululum, Nonnihil
Ὀλίγα, μικρὰ
Paxillum, Paxillulum
Dicitur etiam aliquantum & aliquantulum pro paululum

by Little and Little, vide Leaſurely.

a Litter, a Wagon, or Coach.

Vectabulum, ἁμαξεῖον
Geſtatorium, Sella curulis
Cirrus clauſus, Δρομὰς μακρόβιος
Arcera, vel ut alii ſcribunt, Acirna, apud Gel. Baſterna
Pilentum, apud Varr.
Lectica pro eodem, Φορεῖον
Hexaphoron, Græcis quod à ſex ſervis portaretur, Ἑξαφόριον
Octophaon, quod ab octo
Currus regius ſeu lectica
Pampellum, Ferculum
Vehiculum cameratum, penſile
Cameroton, Græci vocant
Lecticarii, qui portant, ferunt lecticam cellas carules, Φορεῖς
¶ Et cella curuli, vehi, ſubvehi
Lectica geſtari, Φορεῖσθαι, to be carried in a Litter or Wagon.

to Live, to have Life, to be alive.

Vitam ducere, ζῆν, ζῆν
Producere, ζῆν, ζῆν, Vivere
Diem, lumen videre
Fungi munere vitæ
Animam ducere, ſeu ſpiritum, Cic.
Annos, ævum, ſæcula, exigere, agitare
Eſſe, Veſci aura, βιοτεύειν
Carpere vitales auras
In vivis agere
Dant vivere fata
Temporaria frui vita
Lucem adſpicere pro vita frui
Eſſe in rerum natura, in vita
Spirare, βιοτεύειν
Supereſſe, ſuperare
Nec adhuc crudelibus umbris occupare, vitam exigere
Cœli connexa tueri, Virg.
Vitam traducere, tranſigere, trahere
Fungi vita, Vitam agere
Vitam degere, πορεύεσθαι ἐν βίῳ
Ævum agitare, tranſigere
Vitam, ævum traducere
Τὸν βίον διατελεῖν
Exercere vitam, colere
Ætatem degere, exigere
Spiritum ducere
Eſſe inter mortales
Inter ſuperſtites adnumerari
Eſſe inter vivos & in vivis

Eſſe

Esse in humanis
In humanis agere
Vita potiri.
Vincere sua fata vivendo
Auras protrahere, pendere vitales
Poëticum
Lucis usura perfrui
Lucis dare usuram piratis diuturnam.

to Live daintily, and nicely, to spend his time in great voluptuousnesse, riot, or pleasures.

Deliciari, τρυφᾶν
Resupinari, Vivere Epicurum
Luxuria, deliciis, ac mollitie diffluere
Melle seipsum perungere
Mellitam planè vitam exigere, Erasmus
Molli victu superare senectam
Genio carpere dulcia, Pers.
Extremam decerpere voluptatem
Terrenis teneri cupiditatibus
Deliciis affluere
Libidinari Suet.
Inter opes vitam socius agebat
Delicatè ac molliter vivere, Cic.
Agere perjucundè
Indulgere cupiditati
Gulæ, ventri obsequi
Ardenti libidini laxare frænum
Omni genere voluptatum, deliciarum affatim se explere
Dare se voluptatibus
Totum se dedere libidinibus, Cic.
Mundanis se contaminare sordibus
In medias se delicias conjicere
Voluptuariam agere vitam
Carnis obsequi cupiditatibus
Pravis animi obtemperare cupiditatibus, Luxui servire
Ταῖς ἡδοναῖς χαλᾶσθαι
Sectari mortiferas sæculi illecebras
Architectari voluptates, Cic.
Carnis desideria amplecti
Humi volutari, Serpere humi
In terrena animo rapi
Ea quæ mundi sunt animo tantum agitare, volutare
Omnem fœlicitatem in rebus præsentibus constituere, futuræque beatitudinis nullo tangi ardore
Duci ventre, Horat.
Cogitatione circa mundana versari
Rebus frui dulcibus
Voluptatibus indulgere, frui
Animum in transitoriis labentibus multis voluptatibus, demulgere
Intellectum circa terrena exercere,

to Live long.

Cervi vivere per annos
In annos centum ævum trahere.
Nestoris astricolæ cui ducunt fila sorores, vide Dio.

of a long Life.

Vivax, Longæ vitæ
Tithonus, Nestor
Nestoreus, Longævus
Macrobius, μακροβίος, vide Dio.

to Live not long.

Brevem vitam colere
De vita decedere brevi ævo, Sol.
Ultra quinquennium ævum non trahere
Ultra octavum annum vivendi spacium non protrahere.

so long as I Live, vide while I Live.

to Live quietly.

In securitate agere
Securum esse
Ἀγχι ἀσφαλῶς
Tranquillè agere, degere
Securam agere vitam
In summo ocio vitam transigere
Tranquillam vitam vivere, agere
Domi sedere, inque aurem utramlibet cubare
A tumultu sæculi & blandientis mun-
di

distrepitu seorsum degere
Vitam agere certam & tranquillitate fœlicem
Sibi ipsi vivere
Curriculum vivendi à natura datum conficere rectè & honestè, **to passe his time honestly.**
Suavem vitam agere
Trahere vitam tranquillam, Cic.
Acquiescere cum quadam animi voluptate quietreque consistere, à Cic. ponitur
Molliter suaviterque vitam agere
Quod datum est, vitæ tranquillæ placidæque ducere, Cic,
Halcyonis agere dies
Ἀλκυονίδας ἡμέρας ἄγειν
Per ocium & quietem vitam traducere
Destinato reliquo vitæ tempore respirandi seriis, Musas tranquillo invisere animo
In literario delitescere ocio
Tutum ocium domum exigere
Ocio rè nugari in literis
Gratissimo inter literas ocio ac negotiorum bene à se gestorum, recordatione perfrui, Erasm.
Ocium oblectare suum
Suaviter vivere
Ocio vitæque molliori indulgere
Pacatam, mollem, feriatamque agere vitam
Tacitos sinere ire dies, & paupere cultu. Exigere innocuæ tranquilla silentia vitæ, apud Polit.
Μετὰ τοῦ Θεοῦ vitam vivere
Vitam sanctè & inculpatè degere, **to live godly and honestly**
¶ Thybra vicitare
Vitam sine cura rerum temporalium degere
Non macerare se crastina cura ciborum
Nil recondere in crastinum
In diem vel ex tempore vivere
Omnem crastini sollicitudinem abjicere. **to Live without care.**

to Live vngodly, wickedly.

Peccatorum mole obrui
In eodem hærere luto peccatorum
Servire peccato, iniquitati, frequens in sacris literis
Contaminatissimam agere vitam
Sordere
Insordescere
Vitiosè, sordidè vitam vivere, apud Chrysostomum
Fædam, dissolutam, perditam vitam vivere
Vitiorum sordibus se inquinare, apud eundem
Perditè, flagitiosissimè vivere, **an euill life.**

to Live vnchastly, in sensuall lustes.

Corpus libidinibus prosticuere
Iacere in voluptatum carnalium turpitudine ac putredine
Turpiter & effœminatè vivere
Luxuriæ & libidini vacare
Volutari, instar porcorum in cœno libidinum, ac versari
Pecudum vitam vivere
Βιοτὴ ἀλόγων
Libidinari
Servire ventri, Veneri, corporis voluptati, ac libidini
Carnis omnigenæ desideriis inservire
Diffluere luxuria, lascivia, Terent.
Inter scorta ad multam plerunque noctem desidere
Capi illecebris rerum carnalium
Subigi, substerni mortiferis libidinum voluptatibus
Ἀσώτως βιοτεύειν.
Epicurum luxu vincere
Carnis fœda sectari delectamenta
Pecudum ritu promiscuè in concubitus ruere, Livius, **an vnordinate life.**

to Live sumptuously.

Splendidè ampliterq; vivere in uberrimarerum affluentia
Splendidè epulari, in Euang. Lucæ λαμπρῶς εὐφραίνεσθαι
Eximere, cœnare, prandere, in omni genere ciborum
Magnificè menſam inſtruere
Egregiè, ſplendidè cœnare, apud Juvenalem
Colere vitam vino & victu probo, Plaut
Genialiter vivere
Delicatè, opiparè, ſplendidèq; vivere, cœnare καταμαστῶ
Sybarizare συβαρίζειν
Convivium agitare ſplendidum
Opiparis menſis frui
Muſicè vivere μυσικὰς βίον, ubi nihil deeſt, ſed affluunt omnia
Exhilarari generoſis ferculis menſæ
Magnificum ac egregium eſſe in edendo, in apparatu menſæ
In leporinis carnibus vivere, dicitur proverb. qui lautè & in deliciis vitam agunt
¶ Convivium apparare, præparare opiparum, ſaliare
Magnificè lautum parare convivium.

at the Lives beginning, in the ſwadling clowts, as ſoone as it is borne or brought into this world.

In vitæ exortu, In exordio vitæ
In ipſis vitæ primordiis
In vitæ foribus, In vitæ janua
In ipſo quaſi vitæ veſtibulo
In ipſo vitæ limine.

the Liver.

Iecur, Iecinus, Iecuſculum
Hepar, ἧπαρ.

ſicke in the Liver.

Iecoroſus, Iecinoroſus
Hepaticos, ἡπατικὸς

a Locke. vide a Barre.

a Lode, vide a Burden.

a Lodge, a Cottage, a Cabin or little houſe in the Country.

Mapale ſeu Magale ſtramineum, ſtramine tectum
Agreſtis caſa, Caſula
Στέγη, Stega apud Plautum
Magar Punica lingua, unde Magaria pluraliter, & non magalia dicendum, ut trahit Servius
Penates, Lar
Tugurium, Tuguriolum
Ligellum apud Plaut. pro domicilio brevi ponitur & humili
Attegiæ pluraliter, ἀττάγια
Gurguſtum & gurguſtiolum diminutivum, οἰκίδιον, apud Apuleium
Brevitatem gurguſtioli noſtri veſpertinas peto
Tectum tenui ceſpite ſtratum.

to Lodge, to Harbour, to Entertaine.

Excipere hoſpites, convivas, prandio, cœna, convivio ampliter
Accipere liberaliter, benignè, amicè, benè, lautè, magnificè, nitidè, honeſtè, prolixè, honorificè, hilari animo, ſplendidè
Tractare hoſpitem comiter, bene, commodè
Indulgere hoſpitio
Pro egregia fortuna, magnificè, pro animi bonitate comiter recipere
Hoſpitari, Hoſpitio aliquem accipere, excipere
Tecto ac ſedibus ſuis recipere, Cic.
Domo vel domum meam recipere
Hoſpitium dare, ξενοδοχεῖν
Splendidè acceptus
Benignè comiterque habitus, Exſ.

Et

Et proverbiali ſchemate
Penulam ſcindere eſt prolixius invitare.

to Long for, vide Deſire.

Long after.

Longè antè, Multò antè
Multis ante ſæculis
Apud Majores noſtros.

it was Long before hee came, vide Came at length.

How Long.

Quam diu? Quanto tempore?
Quantiſper?
Quatenus temporis? Adverb.
Quatenus hos exercebis mores?
Quamdudum? Plautus
Quamdudum à foro veniſti domum?
Quoad? interrogativè ſicut
Quouſque temporis, Adverbium

not very Long ſince, or agot.

Intervallo haud ita longo
Non ita diu
Haud ita pridem
Nunc nuper, Vide of Late.

to Looke upon, to Conſider.

Aſpicere, inſpicere
Perlegere oculis
Paſcere, oblectare oculos
Chara oculos ſatiare figura, Vide to See.

to Looke about earneſtly.

Intueri, Inſpicere
Cernere, ſpeculari
Spectare, Deſpectare
Oculos admovere
Paſſim oculos per cuncta ferre
Ferre oculos huc & illuc
Demittere oculos in omnes partes
Partes oculos verſabat in omnes
Circumſpicere, Infigere oculos
Intendere, ἐντείνειν
Conjicere oculos in aliquem
Perlegere oculis eſt viſu perluſtrare
Huc illuc volvere oculos
Ob oculos ponere
Luſtrare, Torquere
Oculis luſtrare
Intendere obtutus
Intentis cernere obtutibus
Circumſpectare, περιβλέπειν
Circumagere oculos
Volvere lumina
Regiones circumcirca proſpicere, apud Cic.
Obire, Circuire provincias, regiones, terras
Oculum adjicere, injicere apud Cic. pro eo quod vulgo dicitur
Oculum dirigere, & ſignificat cupiditate rei vita teneri.

to Looke ſtraight on the marke, vide to Winke.

to Looke ſtedfaſtly, or ſharply.

Acutum intueri. Cernere acutum
Defixis hærere oculis, Pervidere
Διορᾶν, Deſertum obtueri
Ἐμμενε ἰμβλέπειν, Proverb.
Fixis & attonitis intueri oculis
Figere obtutum aliquo
Fixos oculos tenere
Lumina defigere
Oculis & pectore toto hærere
Cuncta oculis luſtrare.

to Looke downeward, to hold downe his head.

Submittere, demittere caput
Deflectere in humum
Dejicere lumina & vultum
Demittere vultum, oculos

Deprimere, dejicere, ſubmittere vultum
Obtutus humi deprimere
Συνστρατζειν τὸ ωρόσωπον
Oculos ſolo defigere
Iſta ſolo fixos oculos averſa tenebat
Alicujus aſpectu ſe ſubtrahere
Defigere in terram.

to Looke upward, on high.

Suſcipere, recipere
Oculos, & caput erigere
Surſum aſpicere, ἀναβλέπειν
In cœlum acies oculorum defixas habere
Oculos attollere
Oculos in cœlum tendere, ſurſum tollere ad ſydera vultus
Recto aſpicere ſydera lumine
Tollere in ſublime oculos
Erigere ſurſum lumina, ad cœlum
Oculos ſub aſtra tenebat.

to Looke ſowerly, waywardly, obſtinately, to frowne, ſcowle.

Corrugare, contrahere, caperare frontem, obducere frontem
Obliqua aſpicere facie
Diſtortum vultum ſequitur diſtortio morum
Tragicum tueri
Lumina immota tenere
Τραγωδικὸν βλέπειν
Titanicum, ſeu vultu Titanico obtueri
Τιτανώδες βλέπειν
Tauricum tueri vel taurinè, id eſt, torve
Mœſto vultu defigere lumina
Organum, ſynapi naſturtium tueri
Acribus intueri oculis
Torvos gerere vultus
Siculiſſare, σικελίζειν
Τορὸν βλέπειν
Martem tueri, apud Ariſtoph.
Ἄρη βλέπειν
Vultum ſumere Catonianum.

to Looke to the Common wealth.

Boni civis eſt, ad bonum civem pertinet, bonum civem decet ſuam voluntatem ad publicam cauſam aggregare, accommodare, adjungere, conſidere, cum publica cauſa conjungere, in omni ſua voluntate, quid rationes publicæ ferant, quid reſpub. poſtulet ſpectare, intueri, attendere
Nihil unquam veller à publica re ſejunctum, alienum, disjunctum, ſeparatum, remotum
Quod reipub. rationibus non conducat, expediat, utile ſit.

to Looke to your buſineſſe.

Toto animo de tuis commodis ornamentiſque cogito
Tuam utilitatem aſſiduè ſpecto
Hæret in animo meo de tuis commodis aſſidua cogitatio
Tuæ mihi res, tuæ fortunæ, curæ vehementer ſunt
Tuæ rationes quid poſtulent, nunquam non attendo
Omnis mihi de te tuiſque cogitatio eſt
Tuam utilitatem meæ ſpectant cogitationes
Meas curas ad tuum commodum contuli, animus meus in tuâ utilitate fixus & locatus eſt.

to Looke up to Heaven in adverſity.

Hic eſt mos hominum, ita more comparatum eſt, ut in repentinis adverſiſque caſibus, ſi quid & præter opinionem, & contra voluntatem accidit, cœlum intueantur, ſuſpiciant, ſpectent

Ad

Ad cœlum aſpiciunt, ſuſpiciant, ſpectant, oculos tollant, intendant.

to Looſe, vide to Unbinde.

a Lordſhip, Soveraignty or Dominion.

Dominatus, Dominium
Omnipotentatus, Dirio
Res pro imperio ponitur
Principatus, Imperium
κράτος, ὑπηρεσία.

to be a Lord, to Rule, to Command, to be chiefe Soveraigne or Governour, to be Supreme head, or Principall Ruler.

Principatum, primas tenere
ὑπηρετεῖν, Sub imperio habere
Imperare, Gubernare
Regere, κρατεῖν
In pace placida regere populos
Sub ditione habere
Moderari & Moderare
Regnare, Dominari
κυβερνᾶν, διακοσμεῖν
Imperium habere, tenere, adminiſtrare
Sceptra tenere
σκῆπτρα διακεῖν, apud Hom.
Imperio præſſe
Imperii clavum, rerum gubernacula, habenas tenere
Rerum potiri
Dominatum exercere
Imperium exercere, obtinere
ἄρχειν, apud Plutarchum
Dominium, poteſtatem exercere
Jura dare, Virg. Remo cum fratre Quirinus jura dabat
Habere dominationem, principatum
Sceptra gerere, ferre
τὸν βασιλήϊον ὄλβιον ἄχθος
Latè regnare
Summam imperii tenere
Omni ex patre amplum habere imperium
Imperatorem agere
Premere ditione
Imperio potiri, premere
Principem agere
Rege Marcio res Romanas tenente, Soli.
Summam rerum moderari, pro arbitratu ſuo verſare
Regni ſummas moderari habenas
Regni gubernacula gerere
Regnum adimere, capeſcere ſceptra tradita.

to become a Lord, or a Ruler.

Imperii habenas, Imperium adminiſtrandi provinciam ſuſcipere
In imperio ſuccedere
Capere moderamen regni, Ovid.
Regnum ampleƈti
In regnum admittere, permittere, recipere, locare, deducere.

to Looſe, or Leeſe.

Maximam accipere cladem
Incredibiles haurire calamitates, Cicero.
Vulnus accipere
Vulnere percuti
Calamitate affligi, Cic.
¶ Incommodum, damnum, detrimentum, capere vel accipere
Detrimentum, jacturam pati, incurrere
Facere vel accipere calamitatem, damnum
Ferre infortunium
Naufragium facere.

Loſſe or Dammage.

Detrimentum, Diſpendium
Infortunium, πῆμα. Injuria
Malum, Incommoditas

Incommodum
Nocumentum
Summum rei pecuniariæ diſpendium
Naufragium. Peſtis, Vulnus & Plaga metaphoricè
Incendium metaphoricè, quam enim peſtem, calamitatem, exitiumque non adfert
Interimentum, Derogatio
Exitium, Pernicies
Erit damno, fraudi, malo, detrimento tibi. **It will be to your hinderance.**
Damnum ζημία
Læſio, Jactura, caſus
Calamitas propriè in re frumentaria, id eſt, damni, quando à grandine calami comminuuntur & ſegetes
Noxa pro damno, ſeu nocumento, apud Ovid. & alios probatos invenies authores, **a great loſſe, and loſſe of goods.**

I Loſt all I had.

Naufragium feci rei familiaris, periit mea res domeſtica. Actum eſt de fortunis meis
Prorſus everſæ ſunt opes meæ
Perdidi omnia, evertit me bonis omnibus fortuna
Mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit
Afflictæ ſunt, profligatæ ac perditæ, extinctæ, everſæ meæ res ac fortunæ omnes.

Loſt Children, &c.

Perditis in adoleſcentia moribus multi ſunt, qui deinde meliorem adepti mentem, meliorem ad mentem, & ſententiam revocari, reſipiſcentes, honeſtius vitam inſtituunt
Honeſtioris vitæ initium ordiuntur, laudabiliorem vitam exordiuntur
Multi impuris moribus, improbis, inhoneſtis, turpiſſimis
Inquinata adoleſcentia, contaminata, infecta, vivunt, multi turpiter in adoleſcentia ſtudent vitiis, turpem vitam colunt, inhoneſtè vitam traducunt, pecudum more vitam tranſigunt, proclives ad vitia ſunt, turpi voluptate capiuntur, culpam facilè committunt.

you Loſt nothing.

Integræ ſunt adhuc res tuæ
Salva ſunt hactenus apud te omnia
Nihil dum perdidiſti, ſtatus idem eſt quo antea fortunæ tuæ
Nihil detractum eſt de fortunis tuis, nullam res aut fortunæ tuæ jacturam fecere, nullum damnum tulere, nullum detrimentum paſſæ ſunt, nihil adverſi ſubierunt, nullam partem deſideras fortunarum tuarum
Nihil eripuit fortuna, abſtulit, ademit, detraxit.

to caſt Lots, to draw cuts.

Sortiri, jacere ſortem, Ducere
Sortes in unam mittere, Sorti dari
Sortito aliquid facere, auferre, capere κλῆρον ἐκβαλεῖν
Gratam habere ſortem
Sorte legere, Sorte eligere
Ducere ſortem, Sorti committere
Sors irrequieta, improviſa.

to Loath, to abhorre at a thing.

Nauſeare, ναυτᾶν
Et nauſeari, deponentaliter
Nauſeam habere, ſapere. Faſtidire βδελύττεσθαι, Vomitu infeſtari
Nauſeam inducere, moveré, **to make to Loath at.**
Excutere vomitum
Faſtigium parere, Generare nauſeam, Præ nauſea & faſtidio vomiturio & faſtigio

Fastigio affici
Tædium habere, Cum nausea audire,
Nauseam stomacho excitare
Pelvim petere porrectam.
¶ Contrarium
Nausea amoliri
Fastidium alicujus rei eximere, allevare, Discutitur nausea.

Love.

Amor, Charitas
Benevolentia, Necessitudo
Ignis, metaph.
Observantia, Favor
Studium in aliquem pium.

a true Love, or friendship.

Necessitudinis vinculum
Amicitia haud vulgaris
Nullo tempore dirimenda
Non intermoritura
Nequaquam solubilis
Necessitudo intima, Arctissima
Indissolubilis, incredibilis familiaritas
Amor glutine compactus amicitiæ.
Necessitudo, sed necessitas ad amicitiam non refertur
Amicitia, Adamantis vinculis astricta.

to Love tenderly or most heartily.

In bonum & in malum
Ardere absolutè, Virg.
Ardere, flagare amore, cupidine
Intimis ardere medullis aliquem
Sævo teneri furore, peruri igne
Sentire ferventes intima ad ossa faces
Flamma uri intimo pectore
Toto concipere pectore flammam
Imis exardere medullis
Flore sub primo impotenti amoris æstu perdi
Ardere aliqua re vel in aliqua re
Deamare, Adamare
Unicè diligere, φιλεῖν
Effusissimè amare
Amare, ἐρᾶν
Amorem fovere
Mirificè amare ac suos ocellos
Maximè, admodum, nimio plus, plurimum amare
Diligere ut parentem, loco fratris, vice fratris
Oculis ferre vel in oculis ferre
Vehementer, singulariter, cupidè, arctè, ex animo amare
In medullis, medullitus amare
Amare ut eum maximè, apud Terent.
In sinu gerere
Devinctum aliquem habere
Præcipuo ac singulari quodam favore prosequi
Animo secum conferre amicos
Misere, valdè multum, tenerè, ardentissimè, perditè, impatienter amare, insano perdi igne
Miro amplecti amore
Admiranda charitate prosequi
In deliciis habere
Perire mulierem
Conjunctè, conjunctius, conjunctissimè amare
Uri alicujus concupiscentia
Deperire, apud Terent.
Ἐρωτομανεῖν
Amare corde atque animo, Plaut.
Amore flagrare incredibili
Ἐμμανέστατα ἐρᾶν
Amore deperire, vel perire
Ardere perditè in puellam
Efflictim amare, perire, deperire
Tacitos nutrire ignes, Poeticum, ut Cæcos alere ignes
Insanire, Mantua. in Bucol. Hoc commune malum, semel insanivimus omnes, acri amoris vulnerari jaculo
Quisquis amat, uritur igne gravi,

to Love, to Embrace, to Favour, to beare good will towards one.

Amplecti, Amplexari brachiis
Exosculari, περιπλέκεσθαι
Colere, apud Cic.
Amplexus dare
Duci amore ei
Ire in complexus
Amore complecti
Optatos dedit amplexus, placidosque petivit
Dare brachia collo
Amplexu frui alicujus
Retinere, tenere, fovere amplexus
Innectere, captare, tenere, tangere
Adducere colla lacertis, amplexu cingere
Observare, Diligere
Hærere apud aliquem
Amore, benevolentia singulari prosequi
Charum seu charissimum habere
Amore devinctum esse
Singulari benevolentia alicui conjungi
¶ Excitare mirabiles amores, to provoke to love.
Cic. Quàm illa ardentes amores excitaret sui, si videretur!

a selfe Lover.

Nimium sibi ipsi tribuens, arrogans, assumens, placens, assentiens, ipse tibi assentaris: ste ipsum amas cum de te judicas, non rationem, non veritatem consulis
Largiris ipse tibi plus quam veritas concedat, plus quam veritati.

your most Loving.

Deditissimus
Amantissimus
Studiosissimus
Observantissimus
Cupientissimus
} qui apud Eras.

Low, Base, or Humble.

Humile, Parvum
Declive, Pressum
Bassum vulgus dicit inepte
Submissum, Depressum.

to bring Low, vide to Diminish.

Lowlinesse, vide Humility.

a Lowse.

Vermiculus, seu vermis corporis, capitis. Pes apud Plaut. Pedesque pulicesque. A quo diminutivum, pediculus, à multitudine pedum quos octenos habet, ut scribit Plin. Græcis, φθεὶρ.

Lowse or full of Lice.

Pediculosus, & ut est apud Plaut. Pedicosus pro eodem
Vermibus scatens & plenus
Phthitiasi, i. morbo pediculari laborans
φθειριώμενος, Scatens pediculis,
φθειρίζων, Verminosus.

Lucky, Happy, or Fortunate.

Fœlix, Faustus
Cui ad voluptatem omnia fluunt
Λυπρὸς. Fortunatus, secundus
Prosper, Beatus, Dexter
Albæ gallinæ filius, Auspicatus
Fortunæ filius. Lætus,
Timotheus, Polycrates
Cui omnia secundo æstu procedunt.
Propitio genio natus
Gygis annulus, Proverb.

to be Lucky or Happy.

Fortunam habere favent em, arridentem
Qui fœlici utitur auspicio
Uti prospera fortunæ aura
In cœlo esse
Habent ventos mea vela secundos

Induf-

Indulgentem ſibi atq; obſecundantem habere fortunam
Geneſim habere fortunam
Placato poſſum non miſer eſſe Deo.

Good Lucke.

Omen proſperum
Bonis avibus facere, fœlicibus auſpiciis
Fato proſperiore, rumore ſecundo
Voſmet rebus ſervare ſecundis
Rite ſecundarent viſus omenque levarent.

to have ill Lucke, vide ill Fortune.

Luckily, Proſperouſly, Fortunately.

Fœliciter, εὐτυχῶς
Fortunatim & fortunatè,
Proſperè, Fauſtè, fœto omine
Proſpero fortunæ flatu
Aura obſecundante
Velis fortunæ expanſis
Blandiente, aſpirante Favonio
Forte Fortuna
Favonio fortunæ dulciter afflante
Proſpero curſu, Ominate
Bonis avibus, Secundo flatu
Secundis ventis, εὐροίαις
Secundis, proſperis, lætis, fœlicibus, optimis, commodis ſucceſſibus vel eventibus
Deo ſecundo, Diis auſpicibus
Proſpero omine, Bono pede
Dextro alite, Bono auſpicio
Secundo auſpicio
Ex animi ſententia
Auſpicatè aut auſpicatò
Fortunante deo, faventibus diis
Fauſto ſydere
Adſit modo dexter Apollo. Virg.
Bonis auguriis, auſpiciis
Dextro Hercule
Genio ridenti, beatiore, propitio
Fœlici Mercurio
Cujus votis indulgentiſſimam ſe præbet fortuna.

thou Lurkeſt at home.

Nunquam exis, nunquam egrederis cubiculo; pedem è limine nunquam effers
Extra cubiculum nemo unquam te vidit
Perpetua tibi ſedes, cubiculum eſt, nunquam evolas é tuo illo nido.

Luſt, Deſire.

given to Luſt.

Voluptatibus deditus, addictus
Voluptatis mancipium
Diſſolutus, Intemperans
Animo ſuo intemperanter obſequens, Libidinarius
Summam fœlicitatem ex crapula metiens. Genialis
Mollis, Ventri ſerviens
φιλήδονος, μαμαλαγμίας βίος
Voluptuoſus homo, ſeu voluptuarius
ἐυλαλυμίας
Voluptuariam agens vitam
Luxurioſus, Effœminatus
Apitius, Æſopus
Epicuri de grege porcus
Carnis amans, & vivens ut porcus
Vacans voluptatibus
Deliciis affluens, Genio indulgens
Gulæ ſeu ventri deditus
Epicureus. Epicuream vitam, Abronis vitam vivens
Balatro, apud Horat.
Turpibus addictus voluptatibus
Samiorum laura proverb. & porcus Trojanus. Carnis petulantia efferveſcens, vide Lecherous
Immoderata Venere & alia vitæ intemperantia effœtus
Turpe convivium, amor, comeſſatio, libido, ſumptus, Cic.

to repreſſe his Luſts, vide Repreſſe.

a Lute.

Barbytus velum
Testudo, χέλυς
Chelius, a Luter, vide Harpe.

Luxurious.

Luxuriosus, Libidinosus
Popino, Veneri plus æquo indulgens
Propensus in libidinem
Mulieriosus, vide Lecherous.

M

Mad, furious, wood, franticke, out of his wit.

INsanus, Furiosus
Φαρμακικὸς Lymphaticus
Πολύλεπτος, Efferus
Furibundus, Lymphaticus
Furore correptus, raptus, percitus, accensus
Ad agnatos & gentiles deducendus, Varro.
In furorem versus
Delinitus, apud Plaut.
Iethargicus, apud Auguſt.
Alter Oresles vel Ajax
Qui strichnum bibit
Et proverbiales sententiæ
Naviget Anticyras purgantes pectora succos
Oestro percitus, Phanaticus
Ἐξεστάμενος, Mente captus
Phreneticus, φρενιτάμενος
Abderiticam mentem habens
Minus habens mentis quam Dithyrambo rum Poetæ
Embarus proverb.
Μανικὸς, μανιώδης
Insanæ mentis, Insensatus
Vasanus, Vecors
Rabiosus, Excors
Expers mentis, Cerrius
Rabidius, Amens, demens
Rabie agitatus, ἰμμανὴς
Humanis sensibus orbus
Ad insaniam, furorem, dementiam, amentiam redactus
Cæco amore raptus, furiata mente ferebat
Emotæ mentis
Actus furore gravi, furiis mens effera
Cui rotatur cerebrum
Haud sanæ mentis, Delirus
Furiis exagitatus, sapere desiit.
¶ Et in bonum
Mente permotus, Furens
Animi ardore aliquo inflammatus atq; cruciatus
Qui humanos sensus amisit, divinos autem assecutus est
Furore divino incitatus
Afflatus
Mente incitatus.

to be Mad, furious, wood, or out of his wit.

Furere, ἐκθουσιάζειν
Furore agitari, desævire
Diris agitari, Rabere
Ciere furias. Ovidius
Mente alienatum esse
Εἶναι ἐξω αὑτῶ
Mentis alienatione laborare
Ἐξοίστρειν, Insanire
Ἐπλήσσεσθαι, Ira exagitari
Grassari, Bacchari
Βάκχη, Debacchari
Fœnum habere in cornu.
Atra bile exagitari
In rabiem efferari
Immodestè agere
Ἐμμανήναι, Furiis agi
Καμβαντιᾶν
Furentium more caput quassare
Μαίνεσθαι, ἰμμαίνεσθαι
Irati numinis intemperie agi
Effluente mente huc illucq; curfitare
Furiis, intemperius ferri, Virg.
Heu furiis accensa feror
Delirare, per metaph.

Madneſſe

Madneſſe. Woodneſſe. Furie, or trouble of minde.

Error fanaticus, Furor
Ira Dianæ, Delirium
Mania, phrenesis
Effera vis animi
Paraphroſyna. Mentem inſania mutat
Veſania. Dementia
Vecordia, Amentia
Alienatio mentis
Rabies quæ propriè canum eſt.

to Make Furious.

In furorem & mentis alienationem agere
Adigere ad inſaniam, Terent.
Mente evomere, alienare
Impelli, accendi furiis
Furere facio, ἐξίστημι
Dira ſubit rabies
Ex ſtulto inſanum facere
De mentis loco movere
Sævis agitatus furiis
Mentis furoribus quatere
Exagitare, Furiare
Stimulatus furenti rabie animus
Corda tument rabie fera
Comes eſt inſania morbi
Rabies, furor, iraque mentem præcipitant
Concipere furiata mente furorem
Pectus anhelum, & rabie fera corda tumeſcunt
Stimulos ſub pectore vertit
Ceſſit furor, & rabida ora moverunt
Acuere furorem furiis
Mens quoque ſic furiis agitatur
Ardere animis
Morſu canis rabidi lymphaticum facere

the Magiſtrates or Rulers of the Common wealth.

Magiſtratus, ἄρχοντες
Dynaſtæ, Cic. Præfecti, Primores
Primates, πρωτεύοντες
Primi, Primarii
Maximates, Summates
Optimates, Magnates
Magnates in bibliis ἄρχοντες
Principes, principales civitatis in ſacris nominantur
Proceres, Potentes
Potentiores, οἱ δυνατοὶ
Megiſtanes, μεγιστᾶνες, qua voce, apud Latinos, Suet. uſus eſt
Conſules, Conſulares, Apices
Senatores, conſulatus capita
Senatorii ordinis
Patriciæ dignitatis
Columina, Epiſtylia Coriphæi
Trabeatorum torquatorúmque turba
Summates viri, Patriciique ordinis Proceres
In omnia potens, quorum ſumma eſt authoritas, in quibus ſita ſumma bonique malique, quorum nutu ac renutu cuncta geruntur, **Rulers of the City.**
Penulatorum alpha.

to Magnifie, vide **to Praiſe.**

to Magnifie, to extoll things of no praiſe.

Humilia extollere, efferre ea quæ jacere videntur, excitare atque erigere
Obſcuris dare lucem, ſplendorem afferre, obſcura illuſtrare.

to May, vide **to be Able.**

it May be, vide **Poſſible.**

a Maide, a Virgin.

Virgo, Illocabilis virgo, **a Maid that cannot be married for want of goods, or being too old.**

Virgo

Virgo casta, pudica, inexpers viri, virum non passa, virgo nubilis, matura viro, Tæda non nupta jugali.

to deflowre a Maiden.

Devirginare, depudicare
Stuprare, Vitiare
Addere, afferre vitium pudicitiæ
Deflorare, Præstolare
Virginem rapere vel sustollere, to ravish a Maiden.

to Maintaine, vide to Defend.

the Maior or chiefe Ruler of a Towne or City.

Præfectus, ἔπαρχος
Præfectus urbicus
Prætor urbis vigilantissimus
σεσταυάρχης
Præfectus scelerum, qui à plerisque minus aptè Scrutetis dicitur
Satrapa & Satrapas, lingua Persica
Provinciæ præses seu præfectus, qui Judex etiam dicitur provincialis
ὕπαρχος, ἡγεμών, a President.

Mariorum herbe.

Amaracus, ἀμάρακος
Sampsuchus, Majorana.

to Make, or Doe.

Agere, Operari
πράττειν, ἐργάζεσθαι
Facere, Patrare
Peragere, Exequi
Actum agere
Efficere, Conficere
Perficere, Hoc age.

a Maker, a Creator.

Conditor, Creator
Plasmator, Plastes, Opifex
Sator, σπορεύς, κτιστής.

Made free of the City.

Parebat Civitas virtuti potiùs quàm divitiis. Jus civitatis consequebatur, dignus civitate putabatur, recipiebatur in civitatem, ad civium numerum ascribebatur, civis locum obtinebat, referebatur inter cives, adscribebatur in civitatem, particeps civitatis civiliumque munerum habebat, impertiebatur civitate, perveniebat in civitatem, ei civitas communicabatur, non qui opibus abundaret, affluret, valeret, sed qui virtute polleret, excelleret.

Made friends againe.

Cum inimicis in gratiam redii, reconciliatus sum, rejecto odio, in unum conjunximus, pacem colimus, inimicitias, simultates, odia deposuimus, abjecimus omnem veterum injuriarum memoriam, omnem ulciscendi voluntatem ex animo delevimus
Pulso odio successit amor, odium amore commutavimus, depositis odiis mutuam benevolentiam suscepimus
Orta est inter nos, vetere prorsus extincto odio, mutua benevolentia, animorum nostrorum in amore mutua, consensio, ad amandum mutua propensio, animorum ac voluntatum similitudo.

a Male, a Budget.

Pera, πήρα
Cassidile, med. prod. in lib. Tobiæ
Pera pastoralis, Ascopera
Pera viatoria
Bulga, Hippopera, idem.

Malefactions. Wicked, and vengeable Men.

Homines improbi, scelesti, sceleratissimi, flagi-

flagitiosi, noxii, nocentes, sontes, perditi, impuri, delictorum omnium participes, culpæ, criminum labe prorsus infecti atque inquinati. Vide Naughtie fellow.

Malmsie wine.

Vinum Creticum
Vinum Arvisium, vel Arvisium, vulgo Malmasium dicitur.

to become Man. to take mans flesh upon him.

Strophio carnis cingi
E virginei corporis substantia, corpus adsumere humanum
Prabeam carnis induere, apud Fulgent.
Ingredi mundum
Humanos induere artus
Nasci in terris
Servile carnis cinctorium adsumere
Abjecti hominionis formam induere
Induere fragilitatis limum
Carne velari, tegi, obtegi
Tegumen nostræ mortalitatis induere.

a Man of no Account, or little set by.

Homo nullius pretii, valoris, loci, ordinis, despectus, abjectus, contemptus, terræ filius, vide Naught.

a good Man is constant.

Hominem gravem, certum, minimè mendacem, minimè falsum, studiosum veritatis cognovi, expertus sum, nihil in eo levitatis aut inconstantiæ, nihil inane, varium, mutabile, inconstans
Nullam animi infirmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilii mutationem deprehendi
Magna prædium gravitate semper cognovi
Is mihi semper visus est, qui sibi optimè constet, mihi leve committat, nihil inane cogitet, non facile discedat à seipso, ægre discedat à sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abjiciat, sensum deponat, de suo statu demigret, quem nulla res facilè abducat, avellat à sententia
Cujus mentem huc & illuc, in hanc aut illam partem, in quam velis partem, utram in partem velis, non facilè flectas, ægrè traducas, cum labore torqueas
Alieno tempore nihil loquitur, nihil agit ineptè, nihil non loco, idem ei vultus in omni re, eadem in omni fortuna moris est.

Mankinde. vide Men.

a Manner of life, vide a Trade of life.

two Manners of waies.

Bifariam, Bipartito
Duobus modis, δίχῶς

another Manner of governance.

Manifested or made known, vide Open'd.

Patefacere, manifestare
Tectum aliquid resignare
Mentem aperire, aliquid resignare
Resolvere, non celare.

a Manslaughter, or killing of Men.

Nex, Internecio, Cædes, Death
Clades, Strages
¶ Salustius, in luctu & miseriis mors, ærumnarum requies, non cruciatus est.

Many, vide Much.

to

to marre, to Corrupt, to Spill, to bring to Naught, to lead aside.

Agere in præcipitium, in præceps
Περιφθείρειν, Corrumpere
Pervertere, Perdere
Per pravos mores in errores ducere
Abducere in graneum, Terent.
In discrimina pertrahere
Arte in casses præcipitare, rapido, mergere freto
Præcipites nos agit ambitio, & raptare videtur in exitium
Peccandi vel ruinæ præbere occasionem, Facere aliquem ruere
Seducere, Scandalizare
Offendiculum ponere, præbere
In errorem trahere, impellere
In vitium agere, ducere
Exitialiter alios seducere
Animas abstrahere à Deo in æternum exitium
Contra sanam doctrinam pravas serere opiniones, quæ quidem facillimè obrepere solent
Mellitis Cyrenarum hæreseon illecebris prælentem inferre mortem
Sollicitare ad ruinam Sathan dicitur homines
Ex hæreticorum scriptis lues in teneram manat ætatem
Hypocrisi pietatis latrocinio circumlita Christi oves inescare
Conjicere in vitiorum voragines
Perdocere aliquem, Incidere tramitem vitæ corruptæ
Damnatas opiniones aliorum animis instillare
Detorquere alicujus animum à virtute
Virus in aures instillare
Erroris aliquem complere. Plaut.
Ab honesto deflectere
A recto deducere, abducere aliquem
Παρεκτρέπειν
Ducere in errorem, Ovid.
Virus pectori aspergere
Errorum pedicis illaqueare
Pravis inficere opinionibus
In errtoris foveam præcipitare
In errores pestilentissimos deducere, trahere, illicere
Abducere à veri cognitione, in nassam perversitatis
Simplicem plebeculam transversam agere
Opinionibus exoticis mentes mortalium per cæca & cœnosa vada in abyssum æternum evehere
A matris Ecclesiæ gremio in errorum varios anfractus mira argutia illectare
Multa animorum millia variis conscientiarum tricis implicare, fœdis erroribus involvere
Impedire, illaqueare, innectere tricis quibusdam
¶ Opinionum pravitate infici
A Catholico sensu exorbitare
Hæreticorum persuasionibus seduci.

the trade of Merchandise.

Negotiatio, Nundinatio
Commercium, ἐμπορία, ἐμπορεία
Mercatura & Mercatus pro mercandi actu, apud Livium.

to exercise Merchandise, vide to Traffique.

a Merchant.

Mercator, Institor
Negotiator, ἐμπολάρος
Emporos, Rariarius
Nundinator
Regiæ negotiationis principem agens, vulgo dicitur, qui regi Lusitaniæ est à negotiis Indicis
Procurator regiæ aut principalis negotiationis.

rich Merchants.

Rem possident bene magnam, amplissimam, uberrimam, copiosam in primis mercatores Londinenses
Divitiis

Divitias tenent summas, abundant, effluunt re, copiis, divitiis, opibus
Divites oppido sunt, Locupletes, opulenti, copiosi, à re parati, instructi, firmi, bene nummati, peculati, Ampla res est, prolixa, copiosa, minime angusta, bona multa mercatoribus Londinensibus
Ampla' re' utuntur, prolixa, copiosa, bona, multa.

the Marches, &c vide Borders.

a Marriage.

Connubium, συζυγία
Matrimonium, συζυγία
Conjugium, Conventus apud Juve.
Copula matrimonii
Vinculum jugale, Virg.
Vincula jugalia Thalami, tædæque jugales
Hymenæi pacto, Lectus jugalis
Socialis amor
Nodus jugalis
Curarum laborisque plenum pistrinum cuidam dicitur.

Marriageable.

Matura connubio, juvencula
Matura conjugio, plenis jam nubilis annis, Apta viro
Exoleta virgo, quæ est maturæ ætatis
Viri potens, apud Cat. jurisconsul.
Matura nuptiis, ἥβωλος
Tempestiva viro, Adulta.
Nubilis, apud Virg.
Pubertatis annos egressa
Virgo jam grandis. Terent.

a Married damsell, a Bride.

Nupta juncta puella viro
Quæ fruitur marito
Conjux, Uxor

to bestow in Marriage.

Locare mulierem viro, vel virum mulieri
Filiam nuptam dare, in nuptias, in matrimonium dare
Locare vel elocare filiam alicui
Nuptui vel nuptum dare puellam viro, apud Plaut. ἐγγαμίζειν
Jungere virginem viro, concubino
Dare, locare in matrimonium virginem
Admittere gnatam suam alicui uxorem
Locare nuptum alicui virginem
Collocare nuptum propinquas suas in alias civitates.

to Marry, to Wed, to take a Wife.

Contrahere matrimonium
Connubii fœdus inire
Gaudere sorte tori
Inire matrimonium, nuptias
Nubere, mulierum est tantum
Vinculis jugalibus sese innectere
Ducere uxorem, γαμεῖν
Ducere filiam alicujus
Ductare aliquam, Terent.
Ducere filiam in matrimonium
Jungi matrimonio, Dare connubio
Conjugio vinciri, Dare nuptam
Matrimonii capistro os præbere
Jungere, copulari, astringi matrimonii fœdere
Bene compositum sollicitare torum
Concipere Thalamos, parare, petere
Incumbere thalamis
Promittere conjugium
Deducere sponsam juveni.
Coire toro sacro, Conjugio frui
Patrios hymenæos exercere
Connubia & hymenæos celebrare
Mulieres uxores in ejusdem viri eosdem matrimonium, Soli. de Indis
Filiam alicujus in matrimonium recipere, ἐγγυᾶν τινὶ γυναῖκα

Rem

Rem non novam aggredi joco dicitur, qui vetulam accipit uxorem seu viduam, Cic. de jud.

to breake, violate, or defile Marriage.

Nuptam fallere, Rumpere sociale fœdus
Solvere fœdus jugale
Lædere fœdera socialia
Violare jura mariti, Thalamos, Toros
Temerare venerem maritam, Cubile
Destituere toros jugales, Legitimos
Sacra mariti polluere. Matrimonium odisse
Qui mihi conjugii sponsor & obses erat
Socialia fœdera rumpit.

a Marriner, a Shipman.

Nauta, Navita, ναυτίλος
Navis moderator
Sulcator ponti
Gubernator, Proreta
Nauclerus, Naviculator, Naviculatius
Tiphis, quod primus gubernandæ navis adminicula instituerit, generaliter pro navis gubernatore ponitur
Nauarchus, princeps, præfectus navis, quem patronum vocant, a Captaine, the Master or the Admiral of the ship
Nauarchis, idis, the Admiral-ship.
Classis ductor
¶ Agere navem velocem, classem, triremes onerarias, est gubernare.

a Market, vide a Faire.

Markes, vide Tokens.

let this be your Marke, intent or purpose.

Hic tibi sit scopus. Hoc tibi ante oculos propone, pone, statue, constitue, ad animum refer, huc mentem intende
Huc spectet animus tuus, dirige consilia tua, tuas cogitationes ad hunc finem, hoc tibi propositum sit
Mentis aciem in hoc intende.

a Masking visour.

Larva umbratilis persona
Προσωπεῖον, σκεδόνη
Facies composita, ficticia, unde homines larvati, personati, qui ad scientiam faciem, ne aut tenebris scelera perpetrantes, aut lucibus, terrorem aliis incutientes, dignoscamus induunt, quemadmodum diebus genialibus agitur.

Masons.

Cæmentarii, Fabri murarii
Murorum extructores
Parietum eductor.

a Mat.

Plecta, nonnullis flecta dicitur
Στορία, Store, Matta, Teges
Κάρδικος, Φορμὸς.

Mates, vide Companions.

Matter or Corruption.

Sanies, ἰχὼρ
Tabo, Tabes, velum
Pus, πύον, Purulentia.

a Matter of great importance or weight.

Res seria, magni consilii, non exigui ponderis
Res gravis, difficilis
Res ardua, multi laboris

Magni

Magni momenti negotium
Plena difficultatis res
Magni, maximi ponderis negotium, cui cuncta posthabenda sunt
Res haud parvi momenti
Non jocosa, Res non est parva, Virg. Prægnans causa
Dignum propter quod vadimonium deseratur, proverb.
In quo sane totius causæ cardo vertitur, pondus consistit, res pendet.

cleane from the Matter, vide nothing to the purpose.

a Mattresse.

Culcitra, lanea
Accubitum
Accubita, ἀναπαυτήρια
Anaclinteria, Stibadia
Matiracia, Thuscanica
Usus istiusmodi lectulorum Italis & Hispanis

a Maund, vide a basquet.

Meade.

Medo, & aliquorum opinione, Medus
Aqua mulsa
Hydromeli, ὑδρομέλι.

as I Meane, after my meaning or iudgement, in my opinion.

Mea sententia, Meo animo
Secundum animi mei sententiam
Meo judicio, Meo sensu, Cic.
Ego de meo sensu judico
Ut mihi videre videor
Mea opinione, Ut opinio nostra est,
Ut mea fert opinio, animus, hæc mihi mens est. Mens eadem perstet mihi, Nec dubia mihi mens
Hoc animo fixum immotumque sedet
Quantum ego nunc corde consplcio meo, vide as I thinke.

a Meane or cause, vide occasion and cause.

Meat, vide Feeding.

to Meddle with another mans matters.

Curare negotium quod ad se nihil attineat
Alienas curare, Curare rem alterius
Alienarum rerum sategere
Πολυπραγμονεῖν
Domesticorum negotiorum oblivisci, & foris aliena curare
Depugnare in alieno negotio
Rebus ad se nihil pertinentibus implicare se
Laborare de re quæ nihil ad nos pertinet, quæ nos non spectat
Ingerere se negotiis aliorum
In alieno choro pedem ponere
Ἐν ἀλλοτρίᾳ ἁρμονίᾳ πόδα τίθησι proverb. dicitur, qui se alienis miscet negotiis, & aliorum sibi vendicat partes
Interponere
Immiscere se rei alienæ
Falcem mittere in messem alienam.

Meek, gentle, tame, mild.

Mitis, ἥμερος, Clemens
Benignus, Facilis, Mansuetus
Commodus, Beneficus
Placidus, Placabilis, Lenis
Candidus, ἤπιος, ἠμερὸς
Blandus, ἤπιος
Suavis, Benevolus
Exorabilis, Indulgens
Benignitatis prodigus
Leni ingenio, animo
Singulari morum mansuetudine
Singulari lenitate & mansuetudine
Oleo tranquillior
Minimè iracundus
Ad remittendas offensas perfacilis

Tractabilis homo, Longanimis
Quicum consuetudinem haud molestam
Facillimis quis amoribus dicitur, qui moribus commodis, venustis, minimeque molestis, sed suavissimis omnibus
Qui plurimum præ se fert humanitatis
Supercilio carens
Quo nemo est usquam in convictu jucundior, vide **Gentle.**

to Meet with, or to come against.

Obviam ire, Prodire
Occurrere, Obviari
Dare obviam vel obvium
Venire obviam & procedere honoris gratia, ἀπαντᾶν
Συναντᾶν, ὑπαντιάζειν
Ire adverse vel advertum, apud Ter. in Adelph.
Adire contra, Plaut. id est, abibo contra, Obvenire alicui, Cic.
Adversum venire
Incidere in aliquem
Offerre adventum
Ferre, offerre se obviam, vel obvium, alicui obvius.

Meet, vide Apt.

it is Meet, Convenient, it Becommeth.

as Meet was, vide as Need ec.

a Meet mate for me.

Mei ingenii homo valde mihi aptus est, mire factus est ad naturam meam
Vehementer est ad meæ vitæ rationem & consuetudinem accommodatus
Convenit optime cum meo ingenio.

Melodie, tunable musicke and Symphonie.

Consonantia, Modulatio
Symphonia, συμφωνία
Harmonia, Concentus
Cantus, Cantio, ᾆσμα
Melici, lyricique modi moduli, apud Aus. i. dulces.

to Melt, or to be melted.

Resolvi, Defluere, Liquescere
Loqui deponentale χώνευω
Liquefieri, Deliqueo, Tabescere
¶ Liquefacere, liquare, liquidum facere.

the privy Members of a man or woman.

Virilia virorum tantum, sed utrique sexui tribuuntur. Verenda naturalia, pudenda
Αἰδοῖα, Geniales partes, Genitalia
Αἴδεια, Natura, φύσις
¶ Menta, Mentula
Uterum ὑστέρα
Penis, Colis, vel Coles
Cauda, Priapus
Μόκκος
Verpa, Mutto apud Horat.
Φαλλὸς, Balanus, membrum
Membrum genitale, virile
Virga, Venerea, τέλεος
Fascinum, apud Horat.
Caulis secundum Servium. καυλὸς
Hasta venerea, Virga virilis
Nervus apud Juve. Mensura incognita nervi, Terentium
Ruber palus, apud Horat. 1. Ser. Obscœnoque ruber porrectus ab inguine palus
¶ Membrosus, Mutanearus
Mentulatus, well furnished.
Penitus med. prod.
¶ Serotum, κανάστιδες
Pirga, Culeus, κόλεος
Testiculorum capsula, bursa, vidulus sacculus, sinus

Colei

Colei cole, testes, testiculi, notæ significationis sunt: & rei Venereæ opus transigentes dicuntur

¶ Subigere, Subigitare

Operari rebus Venereis

In Veneris sacro sacrificare, Catul.

Veneris voluptatibus frui

Quicquid est puellarum confutuere

Frangere thoros, apud Mart

Sumere furtivo gaudia læta thoro

Consuetudinem cum aliqua habere

Futuere, Miscere

Συνδέιν, Concumbere

Noscere, Cognoscere, Irrumare

Inire, coire. Rem Veneream exercere. In Paphyæ deæ mysteriis operari, Subare, quod tamen propriè porcorum est, quamvis ad alia animalia & homines transferatur

Admissuram facere, brutis proprium

¶ Porro mulierum pudenda passim apud authores hisce nomenclaturis designantur

Intercœmineum, Cunnus

Κλειὶς κλειτὸς

Rima à similitudine

Barathrum fœmineum, apud Mart.

Vulva, tametsi, vulgus existimet vox inhonesta non esse, uterum significans, seu folliculum muliebrem, sic dicta quod partum involvat quasi vulva. Ponitur tamen nonnunquam pro ore vulvæ alio nomine loci

¶ Menstrua, Menses

Τὰ καταμήνια

Mulierum profluvium, fluctus, purgatio.

Men, Mankinde.

Homines, Ævigenæ, Mortales

Terreni, Terrigenæ, βροτοὶ

Ἄνθρωποι μίσγοντες

Genus humanum

Τὸ γένος ἀνθρώπων θνητὸν

Caput, caro, & anima, pro homine quoque ponuntur, præsertim in sacris

Filli hominum vel Adæ, pro hominibus frequens in sacris, Hebraissimus est Humigenæ quod de humo nati sint.

Mercy, vide Compassion.

Merry, Vide Glad.

to make Merry or good cheere, to be Frollicke. to Delight, to take Pleasure.

Exhilarescere, Exporrigere frontem

Plaudere. Jucundari

Εὐθυμίσθαι. Cum amiculis se recreare suavibus

Operam dare rebus ludicris, Virg.

Solvite corda metu secludite curas

Curam animo expellere, eruere, eximere

Levare pectora diris sollicitudinibus

Excurere animo sollicitudinem omnem

Ovare, Orationem agere

Relaxare animo, & dare se jucunditati

Cic. Diffundere animos, frontem, tetrunque apud Ovid.

Alacri animo esse, Jubilare

Ἐπάρασθαι. Sustollere manus

Hilarem hunc sumamus diem

Luculenter hunc habeamus diem

Hodiè modò hilarem facere, Ter.

Hilariter vivere

Fallere curas

Vino curas abigere

Explicare frontem, exhilarare

Ponere supercilium

Demere supercilio nubem, apud Ho.

Vehementer gaudere

Animi curas eluere, diluere,

Curas abigere, solvere, remittere, pellere, ejicere

Molestas animi curas discutere

Lætis solvere corda jocis

Cor illi salire dicitur, qui vehementer exhilaratur

Secum gaudere, & in ſinu gaudere
In ſinu tacito gaudia premere. Vide to live ſumptuouſly.

Merrily, vide **Jeſtingly.**

to Marvell, to wonder at, to be aſtonied.

Stupere, ἐξιστάναι
Stupeſcere, πλήττεσθαι
Perculſum eſſe, Inhorreſcere
Facti inſolentis ſtupiditate exhorreſcere. Humanam rationem captivam ducere, Stupore percelli
Summam hominum admirationem excitare, Cic.
Æſtu quodam in altam admirationem ſtuporiſque rapi, Bud.
Obſtupere, obſtupeſcere
Animo percelli, exalbeſcere
In ſtuporem abire
De mentis loco præ admiratione moveri
Cum ſtupore admirari
In ſtuporem verti
Conſternari animo
In admirationem rapi vel rapere
Obſtupeſieri
Stupeſieri, Suſpicere
Mirari, Demirari
Miraculo detineri
Pendere ab alicujus vultu
Monſtri raritate obſtupeſcere
Tacere, ſtupere, rapere
Ad recordationem alicujus animo inhorreſcere
Θάμβος δ' ἴσχει εἰσοράασθαι, apud Homerum, Stupor occupat inſpicientem.

a Meſſenger, vide a Carrier.

Mettall, vide **Copper.**

Mid-day, vide **Noone.**

Might. Strength. Power.

Poteſtas, ἐξουσία
Potentia, δύναμις
Potentatus, Imperium
Virtus, quæ Græcè, δύναμις
Vires, Manus, Robur
Fortitudo, Vis ſimiliter
¶ Authoritas, Pondus.

Mighty, vide **Strong.**

with Might and maine, or with all Force and Power.

Manibus, pedibúſque
Omni conatu, Omnibus nervis
Toto pectore, animo, conamine
Extremo conatu
Magno nixu
Pugnis & calcibus
Læva dextráque
Πυξὶ καὶ λαξὶ καὶ δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ
Totis viribus σπουδαίοις
Summa ope, Summa vi
Summo ſtudio, niſu, conamine
Omnibus viribus, Totis nervis
Velis equiſque, Remis equiſque
Pro portione virili
Pro viribus, pro virili
Omni diligentia, Vide to Travell.

Milde. Vide **Meeke and Gentle.**

a Mill, a Querne.

Mola μύλη, Molendinum
Moletrina, pro eodem
Peſtrilla molendum à manibus, Ter.
Χειρομύλον
Mola alata, vel Pneumatica, a Wind-Mill
¶ Trapes, Trapetum
Mola olearea.

to Minde, vide **Determine.**

my Mind or Opinion is thus: this is my Mind or Opinion.

Animus mihi eſt
Hæc mihi mens eſt, ἴσχω γνώμην

Delibe-

Deliberatum est mihi
Sic visum est mihi
Ita affectus sum, Ita animo est
In animo habeo
Ita fert animus
Quæ nunc animo sententia constat.

his Mind is changed.

Animus mutatus est, à pristina mente, & sententia defecit, descivit, adductus est
Non sibi constat, labat in sententia, eadem noa est, fixa non est, infirma est ejus sententia
In aliam partem se traduxit, priorem opinionem abjecit, sensum deposuit, aliter sentit, & à seipso dissentit, vide to Change.

to make one to change his Mind, vide to Dissuade.

to keepe in Minde, vide to Remember.

to put into ones Mind, Head, or Braine.

Suggerere, Indere
Subjicere apud Terent.
Infarcire verba, to stamp in
Immittere in pectus humanum
Instillare, metaphoricè, pro suadere, utrumque apud Eras.
Ingerere, Insusurrare
Inspirare, Inserere.

out of Minde, vide Forgotten.

I am troubled in Mind.

Sum in mentis perturbatione
Non sum compositæ mentis aut compositus
Sum turbidus, vel turbatæ mentis
Non sum mecum, quod vulgò vixque Latinè dicimus.
Sum male depositus.

a Minister, vide Preacher and Priest.

a Minstrell, vide Piper.

a Mis-begotten, vide a Bastard.

Misery.

Miseria, calamitas, acerbitas, duritia, durities, Vastitas, Vastities, vastitudo, vexatio, oppressio, perditio, corruptio, consternatio, consumptio, infortunium, exitium, damnum, detrimentum, infœlicitas, difficultas, egestas, paupertas, inopia, penuria, pernicies.

Miserable.

Miser, miserabilis, infœlix, pauper, inops, abjectus, consternatus, spretus ab omnibus occidit, perditus & fere extinctus est, dejectus est in miserrimam vitam, summas miserias, calamitates perpessus est, durissima quæque, acerbissima quæque, miserrima quæque, postrema quæque tulit, sensit.

Mischievous, vide Naughty.

Mishoptunes, contrary things, adversity.

Res adversæ, Contrariæ
Turbidæ, afflictæ
Tristes, Perturbatæ
Labefactatæ, Quassatæ
Res desperatæ, Desperatissimæ
Res asperæ, Dubiæ
Languidæ, Molestæ
Fractæ, Fessæ
Fatigatæ, Trepidæ

Attritæ Diminutæ
Comminutæ, Invalidæ
Sic fata ferebant.

a Matter miſliked of.

Res reprehenſa, palam exagitatur, vituperatur, accuſatur, reprehenditur, damnatur, acerbè notatur, infamia notatur improbatur
Sermones ea de re minus commodi ſunt, parum honeſti, diſſipantur.

to Miſſe, vide to Faile.

great Myſteries, vide Secrets.

a Miter, vide Biſhops Miter.

Mitigated, vide Aſſwaged.

to Mocke, to Jeſt at Scoffe, to Flout, to Laugh at, to Scorne, to Deſride.

Nugari, Connugari, Ludere, Jocari
Nugas agere, Tractare joco
Afferre locum ſales
Ludicra rebus ſeriis miſcere
Jocari feſtiviſſimè
Indulgere feſtivis jocis
Toto dicere, χλιδάζειν
Facere cavillari, Urbanum eſſe
Affluere lepore omni
Salibus uti. χαριτίζεσθαι
Alludere, σκωπτεύειν
Lepida urbanitate uti
Joco quempiam aſpergere
Sale falſiſſimo ludere
Feſtivo ſale, comico lepore dicta temperare
Connugari, Agitare ſales
Dicteria falſa dicere
Indulgere feſtivis jocis
Tractare joco

Jocari feſtiviſſimè in quempiam
Salibus ludere
Miſcere ſales
Tangere convicio, ſcommate
Jactare ſcommata
Agere ſcommatibus
Tangere abſolutè
Ridicula dictis excitare cachinnos
Ludicris riſum movere Sardonium
Ridere, Irridere
Deridere, Deriſui habere, pro delectamento habere
Riſui habere ὡς γέλωτα ποιεῖσθαι
Ludibrio habere, to delude
Subſannare, Obaudire
Deſpectui habere
Ludibrio afficere
Ludificare vel Ludificari, Illudere
Linguæ jaculis ſagittare
Vocis nimium indulgere naribus, apud Perſium
ἐκμυκτηρίζειν, Inſultare
Naſo ſuſpendere
γελωτοποιεῖν, cum genitivo
Facere ludos. Agere ludiis
Democritico Sardonio riſu ſufflare
Aceto perfundere, apud Horat.
Conviciis proſcindere, inſectari, figere, flagellare
Sannis, Riſu Sardonico aliquem excipere
Scommate percellere vario
Dicaci ferire lingua
Morſibus impetere
Ore & dente petere
Lacerare convicio
Convicia jactare
Riſibus quicquam proſtituere
Dicacitate mordaci proſcindere
Ronchiſonis ſcommatibus obſtrepere
Ludere ſcommate, ludibrio, verbis
Acriter inclamare, apud Plaut. pro conviciis & clamoribus inſectari
Mordaci flamine quempiam petere
Plauſtra ſcommaton jaculari in aliquem
Stringere, quaſi gladium bis acutum maledicentiæ linguam

Plauſtra

Plaustra convitiis plena vel onusta exonerare, in aliquem effundere
Mordaces eructare cachinnos
Convitiis vel dicteriis lacessere
Consputare metaphoricè
Convitiari, λαικάζειν
Naso suspenso subsannare
σκιμαλίζειν, Ostentui habere
Medium ostendere unguem, digitum
Ronchis & cavillis eludere
Per lasciviam eludere, ἀπηνφάν
A tergo instar Ciconiæ pinsere
Auriculas tendere, adsuere
Cornua tollere
Manus addere, apud Plaut.

a Mocker a Jester, a Scoffer, a Scorner.

Irrisor, Illusor, Subsannator
Os irrisne, petulans, maledictum
ἀχαλινον στόμα
Maledictus, Cachinno
Democritus Cacophanta, Ozimi sator, proverb. Sannio, onis
Dicax, Diaculus, Irrisor
Salsissime ludens
Scommate percellens vario.

a Mocke, a Scoffe, or a Jest, a Scorne.

Dicterium, Sales
Sales, Risus
Scomma γέλως, λοιδορία
χλευασία, Dicax sermo
Lidotia, πάϊγνον
Iocus, Ludus
Cavillum, Cavilla
Facetia, salsaque irrisio
Ludibrium, Histricis sera
ὑστριξὶς
Acetum pro dicaci mordacitate, apud Horat. Græcus Italo perfusus aceto
Verborum ludicra
Dicacitas
Dicacitas, Facetiæ
Urbanitates Silli, Sanna
Sales, quales Cicero cum suo Bruto
Pomponioque solet agitare
Mæsonica dicteria
σκιμαλισμὸν μυσσιακὸν
Derisio
Illusio, Derisus
Cachinnus, Ridiculum
Subsannatio.

Modesty, vide Sobriety.

Moist, Danke, Wet.

Madidum, Irriguum, Humidum
Aquitium ὑγρασία
Humectatum, Uvidum
Udum seu hudum per aspirationem
Uliginosum, to make moist, vide to water the ground or garden.

to Molest, vide to Vex.

within a Moment, in the twinkling of an eye.

In puncto temporis, ἐν ἀτόμῳ στιγμῇ χρόνου, In momento
Et apud Persium, Momento temporis, ἐν ἀκμῇ τοῦ χρόνου.
Puncto mobilis horæ apud Horat.
In oculi nictu, vel ictu.

to get a Mumming.

Mommos agere
Larvis obambulare convivia.

Money substance or wealth.

Pecunia χρήματα,
Res, Nummi
Æs, quod ex ære plerumque fiunt pecuniæ
Æs obsignatum, & apud Horat.
Nomisma numisma
Res pecuniaria, numeraria
Fortunæ, Bona.

without Money, poore, beggerly.

Pauper, Inops
A'χρήμων, ἀχρήματος, id est, sine pecunia

cunia, cui deest nervus rerum agendarum, & is dicitur zonam perdidisse, proverb. vide **begger.**

rich in Money.

Bene nummatus est, bene paratus à pecunia, instructus à pecunia, abundat nummis, copiosus est à pecunia, minimè pecuniam desideratus
Multum habet in arca, refertus est pecuniis, pecuniæ illi multum est, dives est, multum pecuniæ possidet, magnam auri vim argentiq; possidet, in numero habet.

to become a Monke or Frier.

Implicare se instituto monastico
Induere monachum, cucullum
Simulatæ religionis habitum suscipere
A vano hujus mundi consortio separare se
Monachatum capescere
Inscribi albo monachorum
Caput obvincire cucullo
Se dedere, devovere monasticæ vitæ
Nomen dare Francisco, Dominico, Guilielmo, &c.
Abrenunciationem sæculi profiteri
Monasticis ineptiis initiari
Renunciare, abrenunciare sæculo
Mancipare, dedere se religioni hypocriticæ
Solitaria vita se obstringere.

the Moone.

Luna, σελήνη
Titanis, idos, id est, filia Titani
Latona, pro luna ponitur, apud Statium
Lucina Phœbe
σοῦς, Phœbi soror, consors
Delia, Diana
Noctiluca Cynthia quod quasi diem nocti efficiat ut scribit Cic.
Moderatrix noctis apud Stat.
Menea 2 Machab. c. 12. id est, Diana lingua Persica
Tithonia, Tithoni conjux
¶ Novilunium, Neomenia
Nova luna, the new Moone.

Moreover, Neverthelesse, Furthermore.

Accedit his, Accedit huc
Eodem accedit
Addere insuper, Adde quod
προσέτι τὸ τοῖς προσὼν
Accedit ad hæc, vide **furthermore.**

More than enough,

Plus satis, Plus nimio
Plus quam par est
Amplius æquo.

the Morning, or Dawning of the day, vide Early.

to Morrow.

Cras, Crastinus dies, ortus
Crastina lux.

a Morsell, vide a Bit, a Piece.

in Morsels or gobbets, vide peece-meale.

to Mortifie his mind, vide to represse his lust.

at the Most.

Ut multum, Ut plurimum
ὡς τὸ πολλὰ, Ad summum
Cum plurimum.

to take away, to rub off the Mosse.

Muscum ferro distringere
Eradere muscum apud Collumellam utrumque, Emuscare
Depectere frondium canitiem

Depel-

Depellere ſitum
¶ Emuſcari pro muſco ſeu lanugine liberari, Colu.
Olea putantur,& emuſcantur
Cui contrarium Muſcari i. obduci muſco.

a Mother.

Mater, Genetrix, Parens.

a Mother of many children.

Multos ex ea filios genuit, ſuſcepit, tulit
Complures ex ea filii nati ſunt, filios ei peperit multos
Ita fœcunda uxore uſus eſt ut filiis auꝛa ſit multis
Ut filiorum multitudine abundaverit.

to Move, to Stirre.

Movere, Commovere aliquem
Aſſiliunt imi fluctus à gurgite ponti
Ventis agitantibus æquora
Non eſt æqualis rabies continuuſque furor
Iuno freta torquet
Pelagus rorrentibus ingruit undis
Vada penitus permota ſtrident
Mox remeat gurges, tractoque relabitur æſtu
Fertque refertque fretum
Fervet ſpirantibus æquor ventis
Caſu concuſſus amici.

a Mound, vide a Hedge.

to Mourne, to Lament, to Waile. to be Sorrowfull, oꝛ Sad.

Gemere, ſingultire
Promere gemitus, ſingultus ex imo pectore.
Facere, ducere gemitus, Virg.
Ingemere.
Ex alto corde longa trahere ſuſpiria,
Premere gemitum ſub imo pectore.
Laniare animum doloribus.
Locum miſeris querelis implere
Luctibus tabeſcere
Rumpere, Lacerare, Scindere
Abſcindere ſinum, veſtem, Tunicam, vide **Lament.**

continuall Mourning.

Conficior lachrymis, luctu conſumor, contabeſco, modum lugendi nullum facio, finem lachrymis non impono
Lachrymis me dedo, nunquam abſtineo
Uberrimus eſt meus fletus, aſſiduæ lachrimæ, perennes
Nunquam non lugeo, luctum nunquam intermitto, non dimitto, non omitto, totus in luctu verſor, comes mihi ubique luctus eſt
Perdunt me lachrymæ, nunquam non lachrymis hument oculi.

Mourning, Complaining, Lamenting.

Luctuoſus, Mœſtus
Luctiſonus, Luctifer.
Dolorifer, Lamentabilis
Lachrymabilis, Lugubris
Querulus, Gemibundus
Lachrymoſus.

to Mowe, to cut downe corne oꝛ graſſe.

Meſſem maturam falcibus incidere
Metere, ſecare, ſegetem, θερίζειν
Secare frumenta, falce ſuccidere
Sicilire prata, apud Plinium & Varquæ feniſecæ præterierunt, ſecare, falcibus conſectari
Decerpere meſſes
¶ Herbas cedere
Farra reſecare falce
Falcibus ſubſecare herbam apud Columellam, χορτομεῖν.

Much oꝛ many.

Multa, τὰ πλεῖστα
Plæraque, Plura

Pluria

Pluria, Complura
Compluria, Plurima
Quamplurima, & non complurima
Diversa, Multiplicia Varia
Mille hominum species & rerum discolor usus, apud Persium
Sexcenta sunt quæ memorem, apud Plautum
Certus numerus est pro incerto
¶ Plærique Multi, Quamplurimi
Bene multi, pro plurimis apud Ali. Pol.
Bona pars hominum, pro magna pars seu plerique
Complures, singulari carens, sicut & complura in neutro genere pluraliter.
Quos non una vehat navis, ut habet proverbium
Juvenesque, senesque
Maximi minimique
Parvi & ampli apud Hor. **Great and small, young and old.**

Much, Overmuch, Greatly, very much.

Vehementer, Multum
Plurimum, Valdè
μέγα μεγάλα, λίαν
Mirè, Mirificè, Oppido
Mirum in modum, Obnixè
Διαίνεσθαι ἄλλως, Apprimè
Cum maximè, Admodum
Supra modum
Iterum atque iterum
πρὸ τῶν ἄλλων τοῦ
Præter modum, apud Cic.
Mirandum in modum
Ultra modum, Majorem in modum
Modis omnibus
Immodicè, etiam atque etiam
Impensè, Impensissimè
Impendio. Eximiè
Effusè, Effusissimè
Magnoperè, Summoperè
Quam maximè, Maximopere
Maximè, μάλιστα
Nimioperè, Plusquam satis
Effictim, apud Plaut.
Plusquam valdè, χαρτὸν
Nimium, Nimis quam
Bene, apud Terent.
Cic. Benè magna caterva, i. valdè magna, Unicè
Graviter pro multum, apud Cic.
Perinde, i. multum secundum Vallam
Multis modis
Ter, terque quaterque
Perquam multum, Ultra
Mitere adverbium
Magnificè, Singulariter
Sanè, Sane quam
Ita pro valdè, apud Terent.
Aprimè, Perquam, Inprimis
Oppido quam, Non parum
Non vulgariter, Egregiè
Adeò, Longè
Haud mediocriter
Insigniter penult. producta
Insigniter
Ut & quam per interrogationem idem pollent, sicut Tantopere & quantopere.

Twise so Much.

Duplus, Bis tantus
Alter tantus, pro quo Cic. dixit
Duabus partibus Major.

to Multiply, vide to Augment.

a Multitude, a great number or company, an Assembly of people.

Caterva, Manus, apud Virg.
πλῆθος, Chorus
Corona, apud Horat. pro conventu hominum circumstante
Cœtus, Turba
Turba miscellanea, confusa, colluvies hominum, Apuleio dicitur in Metamor. hosi
Conventus, Conventiculum
Plebs, Populus

Multi-

Multitudo, Frequentia
Concio, Conciliabulum
Numerus, Congregatio
Colluvio, vel es
Concilium. Si præterea ad exercitum vimque armatam ſermonem detorqueas, ſequentia Vocabula inſtituto deſervient
Cohors, Turma
Phalanx, Exercitus
Acies, Cuneus, Globus
Ordo, Glomeratio
Agmen, Legio
Copia tam in ſingulari quàm plurali numero.

to Murther, to Rob.

Latrocinari, λῃστεύειν
Viatores trucidare
Vias obſidere
Prædare, Depradari
Graſſari, obvias ſpoliare
Ex cæde vivere, to live by robbing and murthering.

a Murtherer, a Robber.

Latro, Latrunculus
Latrocinator, Graſſator
Sicarius, Patricida
Hominum jugulator
Iſauricus, à vitio gentis
Obſeſſor viarum
Ex cæde, ex rapto vivens
Graſſator, Prædo, onis
Prædator, Raptor, Direptor.

to Murmur, to grudge at a thing.

Murmurare
Muginari, apud Lucil.
Admurmurare, apud Cic. pro tacito quodam murmure, non plana voce improbare id de quo agitur
Murmillare, apud Plaut.
Muſtare, μώζειν
Muſſitare, Mutire
γογγύζειν, Facere ſuſurrum
Obſtrepere, ἀκροᾶσασθαι
Recalcitrare ſermonibus
Obloqui, Obgannire
Contradicere, Obmurmurare
γογγύζειν, Submurmurare
ὑποφωνεῖν, Reſponſare
Oppedere, Occinere
Strepere, Fremere
Submiſſa voce loqui
ὑποκλαίειν, ὑπολήγειν
Submuſſitare, Obacerare
Reclamare, Refragari
Contrarium dicere
Replicare vulgò dicitur
Sum iſſim expoſtulare, ut eſt ſervorum erga dominos, Bud.

to Muſe, to Deviſe, to Imagine, to Conſider upon, to ſtudy, to thinke upon.

Animo, corde volutare
Animo volvere, verſare
Mente petractare, evolvere
ἀναπυκλεῖν, Cogitare
Animo revolvere, repetere
ἀναπυλεῖσθαι
Animum nunc huc, nunc illuc volvere
In memoriam verſare
ἐν θυμῷ βάλλεσθαι
Animo cogitare
Hoc equidem ducebam animo, rebarque futurum
Penſitare factum
Penſiculare rem
Perpendere, Expendere cauſam
In mente rei circumſtantias negotii difficultatem ponderare
Recolere, Æſtimare
Recogitare, Reputare
Repetere ſecum
Revolvere, Retractare
Cogitare cum animo, vel in animo
In mente cogitatione verſare, agitare

Ad

Ad rationem vocare, vide to Examine.

Mushrum, vide Toad-stooles.

a Muskle, a shell fish.

Concha, Conchilium
Conchile genus piscis firmiori testa clausi
Ostrum, ὄστρεον.

to Muster men in the field.

Agere vel habere militum delectum
Recognoscere turmas equitum
Exercitum recensere, lustrare
ἐξετάζειν Monstrare
Militis recolere numerum, Soli
Invalidos atque imbelles demittere, to put out of wages.
Ære diruere, φάναι, φραρεῖν.

the Mutability of this World.

Quæ sit fortunæ vicissitudo, quæ mutatio, qui fluxus rerum humanarum, quam varia tempestate jactetur hominum vita, cogitate, animadvertite, attendite, examinate, perpendite.

to dare not Mutter or whisper.

Ne hiscere quidem audere
Ne my quidem facere
Non audere mutire, labia deducere.

N.

Naked, uncovered.

NUdus, Nuda corpora deposita veste
Senecta nuda
Ferro nudo concurrere
Posito velamine, Sine veste
Nudus membra
Nuda pedem, nudos humeros infusa capillos
Nuda superfusis tingamus corpora limphis.

to Name, to give a Name.

Nominare, Appellare
Vocare, Dicere
Nomen ab urbe ducere, trahere
Inscribere, Nuncupare
Citare nomenclaturam
Indigitare, apud Macrob.
¶ Indere, imponere nomen
Denominare, Donare nomine
Indere nomina patrum
Majorum nomina posteris tribuere
Nomen dare, ponere, sumere, facere, imponere, referre, figere, parare, tribuere, addere, ducere, ferre, trahere, gerere, habere, tenere.
Dici nomine suo. Genitoris nomine figurare, nuncupare.

to have an ill Name.

Pessimè tibi omnes dicunt, turpissimè de te loquuntur, turpia quædam atque inhonesta in te conferunt
Valde te exagitant, jactant, accusant, carpunt, vellicant
Omnes tibi gravissimè obtrectant, de tua existimatione multum detrahere conantur, liberrimè invehuntur in te, nefaria de te dissipant, disseminant, maledictis te onerant gravissimis
Maledicta in te conferunt, congerunt, conjiciunt
Ita de te loquuntur, ut honori tuo labem inferant, aspergant maculas, tenebras offundant, ut honorem tuum turpi labe inficiant.

a good Name, vide Good.

a Napkin, or Handkerchief.

Man-

Mantela, seu mantile
Mantelium χειρομακτρον, Vide Handkerchiefe.

by Nature, or by Art.

one of my Nature or disposition, vide a meet mate for me.

whether Nature or Art giveth iudgement, I know not.

Nondum planè constitui, nondum satis habeo constituturn, deliberatum, exploratum, explicatum, certum, naturæne munere an disciplinæ beneficio judicium contingat.
Judicii præstantia, excellentia, vis, subtilitas utrum à natura, an ab arte ac disciplina proficiscatur, contingat, manet, naturæ ac privilegio concedatur, an sit ab arte ac disciplina petendum
Utrum is qui rectè judicat, qui optime judicio utitur, qui judicio valet, præstat, excellit, facultatem habet optimè judicandi, judicio abundat, naturæ debeat, an arti
Bonum illud acciperet à natura, an hauserit à studio, ab arte, à disciplina
Naturale, ne bonum sit judicium, an potiùs in studio, arte, disciplina, doctrina, ratione situm, ejusmodi, quod doctrina tradatur, à præceptis ducatur, à Magistris discatur.

Naturall, that is naturally given, or engendred in a thing.

Nativum, συγγενικον
Naturale, Innatum
Ingenium, ἐγγινόμενον
Cum nutricis lacte errorem fluxisse videtur, Cic.
Natura hic instinctus est
Hominum mentibus divinitus insevit Deus. Ita visum naturæ
Insitum naturæ, Genuinum
Natura ex natura
Omnium animis affixum
Naturæ quodam impetu
Ita fert natura
Naturæ impulsu
Natura indidit atque insevit
Inolitum atque impressum affectibus humanis, apud Ambro.
Ingeneratum, Natura ingeneravit
A natura insitum, inditum
Natura, vel à natura comparatum
Φύσικον, attributum, adjunctum, congenitum, hæreditarium.

against Nature.

Invita Minerva, apud Cic.
Repugnante natura, & adversante
Refragrante ingenio
Belligerari, pugnare cum genio suo
Obluctari Minervæ
Vim naturæ atque ingenio afferre
Operas ab ea exigere, qui eis magnopere gravatur.

Naughty, wicked ungracious, mischievous.

Dyscolus, Improbus
Παρακεκομμένος
Ex omnium hominum consortio deturbandus
Pravus αἰσθλος
Perversus, Pernicios us
Impius, Sceleatus
Noxius, Scelus, Sceleros us
Exitios us, Facinoros us
Pestifer, ἰοβλης
Pestilens, Nefarius
Pestis, metaph. sicut scelus
Flagitios us, Malum
Nequam homo
Nefandus

Quo

Quo nihil in toto orbe peſtilentius
Sceleratus, Lues
Internecio, Ab ingenio improbus
Execrabilis, αἰσιος
Homo flagitiorum ac ſcelerum omni genere inſignis, Amb.
Reprobri numiſmatis
Mali commatis
Πονηρὸν κόμματος
Comma enim genus numiſmatis eſt utiliſſimi, ut nunc quoque vulgus loquitur.
Vir ſceleris, in Bibliis ſacris
Bipedum nequiſſimus, Niger
Sacer homo, apud Hor.
Inteſtabilis & ſacer eſto
Male ſibi conſcius, quem culpa redarguit ipſa
Inquinatus vita omni
Scelere ante alios immanior omnes, Virg. Flagitioſiſſimus
Sceleratiſſimæ ac deploratiſſimæ vitæ
Ἀποσυκοφάντος
Vitam ducens inquinatam flagitiis omnibus
Coopertus flagitiis, facinoribus, ſceleribus nefariis
Profligatus homo ſceleribus perditus, rapinæ, ſacrilegii, nullius conſcientiam ſibi faciens
Fatalis conſcientiæ, Malignitate confuſus
Contaminatiſſimus
Scelerum conſcientia territus
Omnium facinorum genere contaminatus
Βεβωλόχοος
Admiſſi piaculi conſcius
Deſperatæ ſalutis
Conſcientia convictus
Vitam ducens flagitioſam
Nocentem & conſcium habens animum
Scelere ante alios immanior omnes
Deploratus
Deploratæ mentis, vide wicked.

to come to Naught, vide to Decay.

the Naughtieſt fellow that liveth.

Homo nihili
Omnium, nequiſſimus
Ῥυλάξιστος
Popularis, Ignobilis
Futilis, Levis
Vulgaris, Plebeius
Κόσμιος ἀνὴρ
Nullius pret i homo
Οὐδένιον, Homo nauci
Nullius frugis
Ἀπόλλυσθαι ἄθρωπος
Nullius penſi, Deſpicatus
Deſpectus, Vilis
Viliſſimus, Οὐδένιος
Abjectus πανθοφόρος
Nullius æſtimationis, neque tu
Homuncio, homulus
Iners, Inutilis
Ficolnus, Encyclius vir
Inutilior blace. Inglorius
Obſcurus, Reiectus
Expunctus, ſuffragio excluſus
In animo redactus
Non laudandus
Ne ligula quidem dignus
Pannus obſitus
Parmoſus, Sacteus
A conſortio humano prorſus, vel merito, ſegregandus, Not worthy to come into honeſt mens company
Dignus in quem conſpuatur, canes mingant
Dedecus publicum, Infimæ ſortis
Abjectæ ſortis homo
Contemptius
Sceleſtus, Sceleroſus
Contemptus. Contemptiſſimus
Reiiſculus, Deſpicabilis
Extremæ claſſis
Infimæ notæ, Imi ſubſellii
Homo trellis, ſemiſſis
Sale emptum mancipium
De lapide emptus
Naca, Vappa

Concha

Concha dignus, proverb.
Numerus o, à Cipher.
Qui nullo eſt numero, habetur nullo loco, non eſt in albo
Ἀνάξιμος
Cujus exiſtimatio obſoleſcit
Cujus, οὗπερ οὐδὲ μισθίων ἄξιός λογος
Pannus lacer, proverb. A rotten clout or rag.
Ῥάκος πολυφαγὲς
Ciſeris & lucriſemptor, apud Horatium in arte p ët.
Qui apud omnes venit in contemptum
Ab omnibus deriſus, atque conſputus
Diobolaris, Faſiditus
Numerum augens
Male paſſim augens
Studioſus ſiniſtri
Κακὸς, ἀκλεὴς
Mala fama graviter apud exteros laborans
Scopa diſſoluta
Gravis, inviſus, exoſus omnibus
Infamis, Mali nominis. Malæ famæ, Execrandus
Ἀνώνυμος Terræ inteſtina
Telluris onus, inutile pondus
Abdomini natus ſuo
Fruges conſumere natus
Onus navis. ἄχθος νεὼς
Trioboli homo
Τριώβολος ἀνθρώπισκος
Bos vel hircus Caricus
Homunculus ex Caria
Ἀνθρωπίσκος ἐκ Καρείας.

to ſet Naught by to extreme nothing, to make no account of.

Parvum æſtimare
Parvi pendere, ducere
Parvi habere
Poſtremo loco ponere
Contemptui habere
Τοῦ ὀλίγου ποιεῖσθαι
Pro nihilo habere
Hedæ aliquem facere
Pro nihilo ducere
Ἐξουθενεῖν, Nihil facere
Ἐξουθενεῖν ἢ ἐξελίττειν
Nihili pendere. Nihili ducere
Vili pendere. βλαπτέειν
Flocci non facere, vel flocci facere
Ἐν μηδενὶ λόγῳ τίθεσθαι
Nauci ſeu pili non facere
Contemnere præ ſe
Minimi, immo ne hujus quidem facere demonſtrando rem vilem
Inſtar fumi fungique putidi averſari
Non magni pendere
In contemptiſſimis ducere Eraſ.
In parvis, in minimis ponere
Tanquam ſtercora reputare, æſtimare, in ſacris literis
Seu putamina, ciſſam glandem, vitioſam nucem prorſus aſpernari
Aſſis dupondii, ſeu teruncii non facere
Quatuor obolis non æſtimare
Negligere. Nihil penſi habere
Nullam alicujus habere rationem
Nauci facere, Abominari
Non laborare
De quorundam morſu noli laborare Eraſ.
Nihil morari. Not to care not to paſſe for. οὐ φροντίζω
Leviter parumque curare, nihil curare
Nec ſuperos morari, nec inferos, ut vulgo dicitur, neque Deum neque homines reſpicere. To care neither for God nor Devill, vide to deſpiſe.

Mere, vide By.

Meate, Cleane.

Purum, Teſtum, Sincerum

Imma-

Immaculatum
Sine labe, macula, vide cleane.

as Need did require, or as meet was, as it was convenient.

Ut æquum fuit Ut tulit ratio
Ut decebat, Ut par erat
Ut decuit, ὡς πρέπει
Ut conveniebat, expediebat
Ut res popoſcit, tulit, exegit
Ut res poſtulavit, deſideravit, expetivit
Ut oportuit, neceſſarium erat
Ut neceſſitas tum temporis exegit
Ut juſtum, dignum, conſentaneum rectum erat.

Needy, vide Poore.

it is Needfull, or it muſt needs be, vide it muſt be done.

I have no need of your counſell.

Non egeo, non indigeo tuis præceptis, admonitionibus, conſiliis
Supervacanea ſunt, parum utilia, nullius momenti, emolumenti, minimè neceſſaria tua conſilia.
Locum apud me non habent, à me non requiruntur, non deſiderantur, non expectantur tua præcepta, tuis mihi monitis nequaquam opus eſt
Tuis carere monitis facile poſſum.

a Needleſſe excuſe.

Supervacanea fuit apud me tua excuſatio
Officium excuſandi ſine cauſa ſuſcepiſti
Non erat cur te excuſares, cauſam excuſandi nullam habuiſti, minime neceſſaria fuit excuſatio tua
Tuam excuſationem non deſiderabam, non requirebam, non expectabam.

a Neighbour.

Proximus, Propinquus
Vicinus.

Negligent, Careleſſe, Slothfull.

Indiligens, Supinus
Oſcitans nomen
Dormitans, Oſcitabundus
Remiſſus, Negligens
Obliviosus, Forgetfull, Curio
Elæthro qui biberit flumine
Oblivionis campus proverb.
Λήθης πεδίον
Lætheo rore ſoporatus
Qui proprii etiam nominis obliviſcitur
Qui multam mandragoram biberit
Dolium filiarum Danai, vide Idle.

Negligence. Slothfulneſſe Careleſneſſe, Slowneſſe, or Slackneſſe.

Negle&tus, Oblivio
Negligentia, Incuria
Indiligentia, Inconſiderantia
Inconſideratio, Inconſulta ratio
Incogitantia, Præcipitantia
Oſcitantia, Somnolentia
Torpor, Supinitas
Segnitas, Segnities, & Segnitia.

Negligently, Slackly, Slothfully.

Languidè, Remiſſe
Ignaviter, Negle&è
Frigidè, Oſcitanter
Defunctoriè, Supine
Segniter adverbia, ἀφροντίστως, vide Slothfulneſſe.

Certue

Vertue Neglected of many, Delyted.

Probitas, integritas, probati mores
Vita illa quæ cum virtute traducitur, à paucis hodie probatur, colitur, amatur
Pauci sunt qui probitatem colant, ament, sequantur, probitate delectantur
Parvi fit hodie probitas morum & integritas, qui suum studium in probitate ponunt, pauci sunt, reperiuntur, numerantur
Paucos quos invenias.

Nest, vide Womanlike.

to make or build a Nest.

Nidos componere, comportare
Ῥοιὸν κολιάειν, ὡς αἰεὶ ἔαρος ἐόντος, Nidulari.
Componite nides, æstus non semper fuerit, ut Hesiodus scribit
Nidificare, νοσσεύειν, νοσσιὰν
Nidum ponere
Construere, congregare nidum
Nidificare, unde aviculæ nidificant
Hirundo luteum sub trabe celsa fingit opus
Avis in ramo tecta laremque parat.

a Net to catch fish or beasts.

Rete, Pelagia, ἄρκυς
Funda, verticulum ⁊ a casting Net à vertendo secundum Vallam.
Tragula, Sagena, Reticulum
Sagenula, Cassis, Laqueus
Lina pluraliter pro retibus, apud Poëtas.

to Knit, to set Nets.

Retia nectere, tendere
Fovere plagas.

Never.

Nunquam, Ad Kalendas græcas
Cum mula pepererit
Cum Nibas occyssaverit, ut habent proverbia
Quum duræ quercus sudabunt roscida mella, aurea mala ferent, Virg.
Cum locusta Lucam bovem peperit, ut refert in suis Chiliadibus Erasmus ex Ennio.
Nullo tempore
Μάλιστα ἀδύνατον
Ubi mus elurum devoraverit
Postquam sursum fluxerunt omnes, & multa id genus alia
Toto non amplius ævo
Anno magno Platonis
Post longum annum Platonis.

Nevertheless, vide But and moreover

New, Fresh, Callet.

Recens natum, Musteum
Recens, Novum
Νέον, Nuperum νεόγονοι
A follibus, quod ajunt, calens
Ἀπ' ἀκροφυσίων
Ab ipsa dum calens officina æraria quæ fornace productum, metaphora à fabris ferrariis sumpta
Ab officina madens, recens, Erasm.
Novicius, Novellus
Neotericus.

a New yeres gift.

Strenæ, Strenulæ
Natalitia dona
Saturnaliorum munera, quæ in Decembri mitti solebant
Apophoreta quæ in anni initio circa calendas Ianuarias referebantur ac remittebantur.

to give or send a New yeres gift.

Novo ineunte anno domum cuiquam munuscula mittere

Initio novi adventantis, anni strena, strenua exhilarare amicum
Fœlix anni precari initium, feliciorem successum, fœliciſſimumque exitum.

evill Newes.

Rumores de illo duriores erant, adversa quædam de illo erant allata, nuntii venerant tristes adversarii, infausti, parùm commodi, minimè læti, parum secundi
Gravior de illo fama pervenerat, dissipata erat, pervulgata
Duriora quædam, graviora erant significata, jactabantur, sermonibus dissipabantur.

Next to beggers house.

In eum locum deductus est, eo devenit, eo redactus est miseriarum, in eas conjectus est angustias, eo redactæ sunt fortunæ suæ, id est, à fortuna dejectus, detrusus, deturbatus eo cecidit
Ut unde vivere non habet, ut ei ad victum necessaria minimè suppeterent, ut inopia premeretur earum rerum sine quibus vix, aut ne vix quidem hominum vita sustentatur, ut ea desideraret, ea requireret quæ vivendi necessitas postulat, atque exigit, ut iis rebus destitueretur careret
Ab iis rebus esset imperatus, earum rerum esset inops, egens, ea illi deessent, ea illum deficerent, earum rerum inopia laboraret, sine quibus ægrè vivitur, vel potius nullo modo vivitur.

a Niggard, vide Covetous.

Nigh or by.

Vicinus, Propinquus
Finitimus, Conterminus
Contiguus, Confinis
Conjunctus

Nigh at hand.

Propè, Proximè
Ἐγγύς, Cominus, Sub.
Deprobè, ὑποθεῖναι Pone
Pone subire, to follow behind.

the Night.

Nox, νύξ, Tenebræ, Erebi
Tenebrarum tempus
Ponto nox incubat atra,
Tempus quo cuncta silent
Umbram terræ definiunt Philosophi solis privationem
Mater Eumenidum finitur, Virg.
Titanis vocatur Statio
Somni genetrix, Sol.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplecti. tur alis, Virg.
Nox cœlum sparserat astris, Ovid.
Presserat occiduis Tarteſſia littora Phœbus
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat sol, Et caput extulerat densissima sydereum nox, Ovid.

a Nightingale.

Luscinia, vel ut alii scribunt, Lucinia
Ficedula, Plin.
Luciniola diminutivum, apud Plaut.
Philomela, vel Philomena
Acredula, Aedon, ἀηδών
Artis, apud Martialem, ab Attic.

by Night, in the Night tide or season.

Noctu νύκτα, Nocte
De nocte, νύκτωρ
Die cœca, Plaut. Umbris in obscuris
Presserat ut terram
Nocte subluſtri apud Horat.

Midnight.

Media nox
Noctis erat medium
Mediæ tempora noctis erant

Prima

Prima quies medio jam noctis abactæ curriculo
Expulerat somnum
Nocte soporata, silenti
Jam mediam nigra carpebat nocte quietem.

until Night.

In profundam noctem, In noctem
In crepusculum vespertinum
In solis occasum
In tenebras noctis densissimas
Ad, vel in multam noctem
In profundam noctem
Περὶ τὸν μεσονύκτιον.

Nobility or Gentry.

Generositas, Indoles
Nobilitas, Εὐγένεια
Claritudo, Claritas
Imagines, Stemmata
Antiqua generis nobilitas.

a Nobleman, a Gentleman.

Illustris, Φιλόκαλος
Nobilis, Inclytus, Ingenuus
Beatus, Generosus, Liber
Clarus, Antiquus
Præclarus, Insignis
Ἐπιφανὴς, Epiphanes, honourable.

a Noble kinder, a Nobleman borne.

Summo loco æditus, Natus
Præclara familia, progenie oriundus, Ingenuus
Præclarus genere
Præclara stirpe creatus
Ducali origine, stemmate natus
Atavis æditus regibus
Illustris stemmatibus, imaginibus, parentum, parentelæ ornamentis natalium splendore
Divum sanguine natus
Maximis prognatus ducibus
Romana nobilitate fulgens
Nobili ortus sanguine bellique superbus
Claro sanguine ortus
Ex familia veteri & illustri Cic.
Ex ampla & bona familia
Clarus natalibus, nec ullius sanguine minor
Antiqua nobilitate illustris
Claro natus genere
Nobilitatis stemmate clarus
Haud obscuro loco natus, apud Salustium
Alto tumens sanguine
Vir antiquæ sanè nobilitatis
Generis nobilitate illustris
Natus genere nobili, summo loco, equestri
Ab alto sanguine genus ducens inclytum
Ex utroque parente nobilitatis antiquæ stemmata ducens
Septrigero æditus stemmate, of a Royall stocke.

to make Noble or Famous.

Natalibus restituere, & his annulorum donare, est nobilitare, ut vulgus loquitur
Nobilem facere
Dignitatem addere.

a Noble death, after a painfull life.

Ut miserrimè vixit, ita periit honestè, miseriam vitam mors præclara terminavit
Vitam infœlicem egregio mortis genere concluſit
Acerbitates vitæ multas, una peregra mortis hora compensavit
Vitam vixit infœlicem, præclaram vero mortem obiit
Miseriam in vita sustinuit, decus in morte tulit

a Norable act, or doing.

Nihil feciſti, niſi plenißimum ampliſſimæ dignitatis, omnia tua facta cum dignitate mirifice conſentiunt
In omnibus rebus maximè dignitatem ſpectaſti
In omnibus tuis factis propoſitam tibi dignitatem attuliſti
Quæcunque egiſti, ad dignitatem omnia ſpectarunt
Gloria tibi ſemper prima fuit, antiquiſſima fuit, maximi fuit
Ante omnia, ſummo loco, primum apud te locum obtinuit
Scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit
Tua ſunt ejuſmodi facta, ut eximiis ornanda præconiis, divinis decoranda laudibus, tollenda ad aſtra, ad cœlum efferenda videantur
Tuarum actionum norma quædam, & regula dignitas fuit
Tuis omnibus factis æterna gloria immortalitatiſque præmia debentur

a Noble and Vertuous minde.

Tua virtute & magnitudine animi, nihil eſt nobilius
Singularis in te laus ob virtutem tuam, atque animi præſtantiam confertur
Majorem aut virtutis, aut præſtantis animi opinionem apud homines, plus famæ conſecutus eſt nemo.

not Noble, vide Unnoble.

No, in No wiſe.

Nequaquam, nullo pacto
Οὐδαμῶς, Nullo modo
Μηδαμῶς, Neutiquam
Minimè omnium
Nullatenus, Nulla ex parte
Multum abeſt, οὐ πολλοῦ δεῖ
Non, οὐκ
Minimè, Ne, μὰ
Vix pro non, apud Lucanum
Nihil pro non, apud Comicos
Similiter nullus pro non ponitur, apud Comicum, nullus ſum, nullus faciam, pro non ſum, non faciam
Minus conjunctum cum ſin & cum quo, ut ſignificante, ſin minus, ſi non, quo minus ut non.

Noahs flood, vide Deluge.

a Noyſe, a Sound.

Sonitus, Sonus, βόμβος
Fremitus, Clangor
Fragor, κτύπος
Crepitus, Stridor
Strepitus, κρωγμὸς
Strepitu colles reſultant
Clamor, Rumor
Sibilus, Murmur
Dare ſonitum, Murmur raucum movere, miſcere
Mare ſtridet refluentibus undis
Sonitum dedit clara tuba
Toto ſonuerunt æthere nymbi
¶ Ædere ſonos, clamores, ſtrepitus, to make a noyſe
Inſonare, Perſonare
Peragere ſonos
Efferre clamorem, vide to cry aloud.

Noyſome, vide Hurtfull.

No man, or No body without a fault.

Nemo ſine vitiis naſcitur
Unicuique dedit vitium natura creato, Propert.
Nullus vitiis caret
Nemo ſine crimine vivit
Nihil ex omni parte beatum
Suis cuique attributus eſt error
Catul. Egregio inſperſos reprehendas corpore nævos.

Noone, Mid-day.

Merl-

Meridies quasi medidies
Est medio Titan ardentissimus axe
μεσημβρία
Australis regio, plaga
Mare pro eodem frequens in sacris literis
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem, Virg. in 8.
Sol medium clarus peragrabat olympum, secabant axem
Jamque dies medius tenues contraxerat umbras, Hor.
¶ Polus australis, antarcticus, antaxeon.

a Northerne winde.

Aquilo, ut Aul. Gell. scribit, significat propriè, North-east
Plin. Nivalis Aquilo, & septentrio, Boreas, ἀπαρκτίας. & à septem stellis quibus constat Septentrio ἄμαξα, Græcè pro Septentrione
Thracitus, Thracius, hyperboreus
Tramontanus, Septentrionalis, seu septentrionarius ventus
Circius, Olympias
Thraseus apud Vatronem, θρασκίας, vel ἰάπυξ, Iapux, North west
Lebeccius, West, North-west.

from the North.

Ab Aquilone, ab arctis
Aquilonia parte, Soli, βαμβάδι
Sub axe, apud Manilium
Ab arctico cardine
Ex septentrione.

North-ward.

Arcticus, Boreus
Borealis, Septentrionalis
ἀρκτικὸς βόρειος
Sub axe politus ad septem stellas
Aquilonaris, Ripheus, id est, Scæticus
Poli, cardines, vertices, axes.

to blow or wipe the Nose.

Mucos ejicere, Emungere nares
Mucum emungere
Emungere se cubito
Fœces, crassiorem pituitam narium extergere
Narium excrementa educere
Strophiolis excipere narium excrementa.

a Nose-wise, or Smatterer in Learning.

Sciolus, Nasutulus
Dicaculus, Literatulus.

a Nosegay.

Olfactorium, florum, vel odorum fasciculus, Pusillus,
Magna massa, vel massula facta ex unguentorum fœcibus odoris gratia
Trochiscus, τροχίσκος, a sweet smelling ball.

Notwithstanding.

Tamen, Attamen, Veruntamen
Nihilominus, nihilo secius. Vide Although.

to Nourish. Vide to Feed.

No where in one place.

Nusquam, μηδαμοῦ. Nullibi
Nusquam gentium, locorum
Nullo in loco.

Now, even Now.

Nunc, νῦν, εἰς τὸ νῦν
Jam, Jamjam
Hoc tempore, Impræsentiarum
παρὰ αὐτὸν τὸν καιρὸν
In præsenti, In præsentia
In præsens
ἐφ' τὸ παρὸν, εἰς τὸ παρὸν
Hac tempestate, Etiamnum
Modò raro usurpatur à doctis pro nunc, sed pro Paulò ante, ut scribit Eras. Hodiè, hac ætate & tempore Cic. posuit.

Hoc temporis articulo
Hoc temporis momento.

to Number, to Reckon.

Recenſere, numerare
Numero notare
Numero comprehendere
Refegre numerum
Denumerare, Ponere
Ad calculum rediger, vel ad numerum
Numeros computare.

a great Number, vide Multitude.

a Nunne.

Monialis, Sanctimonialis
Virgo conſecrata, ſacra
Puella Deo dicata
Religioſa, Nonna
Veſtalis, Monacha
Sacra ſervituri mancipata
ἱερόδουλα, ἀφιέρωτα
Aſcetria
Beghina, vox eſt Germanica, ab initio religionis nomen habens.

a Nutmeg.

Nux muſcata, vel ut eruditiores tradunt,
Nux myriſtica, ut è Græco trahat originem μύρον, unguentum
Flores myriſticæ quæ in officinis pharmacopolarum, Macis appellantur muſcatem.

O.

an Oar.

REmus, Tonſa
πλάτη, ἐρετμὸν,
Remigis, Remigium.

Obedient

Audiens, Obaudiens
Obediens, Auſcultans
Obſecundans, Juſſis parens
Audiens dicto imperato
Paternis morigerus præceptis.

to become Obedient or Subject to one.

Colla dare, ſubdere, accipere jugum
Cervicem præbere alicujus jugo
Subjicere, ſeu ſubmittere ſe legibus alterius, Subditum eſſe
Colla ſubmittere capiſtro
Parere, Subeſſe, ὑπήκοον εἶναι
Recipere, Suſcipere frænum
Alicujus imperium ferre.

to Obey.

Obedire, Obſequi
Audire, per Metaph.
Audientem ſe exhibere dicto
Factis præcepta præſtare
Faceſſere mandata
Dare aures alicui
ἐπακούειν, ἀκούειν, Græcis ſicut apud nos audire
Auſcultare cum dativo
Subauſcultare, Obſecundare
Obaudire, Permittere
Inviolatiſſimè ſervare quicquid mandatur, ne tranſverſum, ne latum quidem unguem diſcedere à præceptis, Juſſa capeſcere
Agere ad præſcriptum, i. ſecundum leges & mandatum
Ἐμμένειν
Morem gerere, Morigerari
Parere, med prod ὑπακούειν
Obtemperare, Subdere ſe jubenti
Subdere colla jugo parentum
Monitis, dictis, præceptis alicujus parere
Exequi, facere juſſa alicujus
Perficere mandata cura fideli
Juſſa capeſcere, peragere, flectere
Juſſis annuere, Dicto parens
Dominis parere ſuperbis
Fungi, Perfungi mandatis, obtemperare juſſis

to

to Oblige, vide to bind by Obligation.

an Obligation, vide Quittance, or a Writing of my hand.

Obscure, vide Darke.

an Obscure or darke Language.

Oratio obscura, Dubia, involucris, plena, Involuta, Perplexa
Haud dilucida, Minimè luculenta
Plena ambagibus, anfractibus, vide **darke questions.**

Obstinate, Wilfull and Perverse, Stubborne, Stiffnecked.

Cervicosus, Obstinatus
Pertinax, Rigidus
Difficilis, obduratus
Præfractus, αὐθάδης
Infractus, Capitosus
Cerebrosus, Duræ cervicis
Σκληροτράχηλος
Propositi tenax, tenacissimus
Ἐγκρατιώτων, Intractabilis
Quo nihil, semel concepta opinione obstinatius
Obtusa gestare pectora
Obfirmato animo qui prorsus obduruerit, Durus, Pervicax
Inflatus opinionibus
Qui nimium sui juris sententiæque est
Cervicatus in sacris
In proposito persistens
Nulli cedens, Refractarius
Obstinato, præfracto, perverso ingenio, quem suis moribus relinquere necessum, qui à proposito abduci non potest
Proposito suo pertinacissimè adhærens, Suo cerebello fidens
Tenaciter suam tutans fidem
Filius contentionis, adagium, μίτης ἐριδος
Mordicus tenens, summa pertinacia defendens
¶ Præpostere, Pertinaciter
Obstinatè, Cum pertinacia, **Obstinately, Frowardly.**

to Obtaine, vide to Get.

Occasion, Opportunity.

Opportunitas per duplex p.
Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος, apud Hesiod
Commoditas
Tempus appositum, idoneum, opportunum, aptum
Tempestivitas, Maturitas
Locus pro opportunitate, Nuns non est narrandi, dicendi locus
Non est hujus temporis neque loci
Cardo, apud Virg.
Res pro opportunitate
Cum res ipsa ferret, Horat.
Occasio ἀκμὴ, εὐκαιρία,
¶ Si occasio se dederit
Summa eludendi occasio est mihi nunc senius
Dare causam peccandi
Rapiamus occasionem de die
Si non est molestum
Nisi negotium est
Si quidem ocium est, **if you have leasure**
¶ Mea causa ocium agas velim, facias quæso, **to take leasure for my sake.**

if Occasion will serve, that you stand in need of my helpe, I will doe what I may.

Si accidet ut operam tibi navare possim, ut opera mea tibi utilis esse, in rem tuam esse, è commodo tuo

ex usu tuo esse possit, officio meo non deero, satisfaciam officio meo
Officium meum præstabo, non committam ut officium meum desiderari possit, ut meæ partes requirantur
Si non continget, eveniet, usu venier, si erit, si res, si tempus, si occasio feret, postulabit, poscet, exiget, requiret, se dabit, se ostendet, offeretur, dabitur, ostendetur, si fortuna occasionem tulerit, attulerit, detulerit, præbuerit, ostenderit, si tempus accidet, si mihi omnia grata ac libera essent, si essent mihi omnia solutissima nunquam ope mea carebis.

an Occasion, a meane or Cause.

Causa, αἰτία, Ansa, Occasio
Primus motus, Invitamentum
Incitamentum
Crimen pro causa, apud Virg.

to give an Occasion.

Ministrare materiam, adjumentum
Præbere ansam vel dare
Occasionem ministrare, præstare
Aperire viam
Aditum dare
Aperire vel patefacere aditum
Ansam ministrare
Opportunitatem, occasionem offerre, dare
Jacere fundamenta
Præstruere viam
Fenestram patefacere, apud Terent.
Fenestram dare, Ovid.
Dare peccandi locum, Terent.
Aperire fenestram & repagula, proverbialiter in eadem significatione
Sua rebellione quidlibet audendi fenestram aperire.

to take the Occasion away.

Auferre è medio lapsus occasionem
Tollere, submovere, subtrahere omnem offendiculi ansam
Præcidere mali occasionem
Eximere manu manubrium
Aditum intercludere, claudere, præcludere, obstruere.

to seeke Occasion.

Capere occasionem, opportunitatem
Servire occasioni
Venari, quærere ansam, occasionem, opportunitatem
Tenere oblatam, ostentatam occasionem
Nancisci, arripere occasionem, ansam, causam, opportunitatem. To take an occasion.

an Occupation, a Trade, a handi-craft.

Ars mechanica
Ars manuaria, sedentaria, quæstuaria
Opificium
Artificium, βάναυσία
Exercitium manuale
Manuarium artificium.

a good Occupation is a stay to poverty, a cunning hand is worth an Earles land.

Sua cuique ars pro viatico
Artem quævis alit terra
Τὸ τέχνην κάλον χρῆμα φέρειν
Artificium aliquod aut eruditio, certissimum viaticum senectuti
Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus
Unicum quippe confugium in egestate est ars, ut ait Menander.

to

to be greatly Occupied or busied.

Curis, undis, fluctibusque negotiorum distineri
Fatigari, Distringi
Occupari, Involvi
Immergi, Implicari
Urgari, Operiri
Obrui, Distendi
Onerari, Intricari
Impediri, Premi
Opprimi, Illigari
πραγματινδ
Negotiorum mole obrui
Curis degravari
Magnis curarum fluctuare undis, Catullus
Negotiorum fluctuationibus, turbinibus confici, impediri
Molestis negotiis odiosè distineri
Dilacerari millibus curarum, quibus hæc vita obnoxia est, Eraſ.
Sollicitudinibus noctesdiesque diſcruciari
Graviſſimis negotiis diſtringi
Operæ alicujus tricis vehementer impediri
Negotia dividere aliquem dicunt, quem ponderoſa gravitate diſtringunt, apud Zaſium, Vide to vex carkfull.

an Offence, a Treſpaſſe, a Fault, a Miſ-deed or a thing done amiſſe.

Delictum, Peccatum
Vitium, Crimen
Maleficium, Malefactum
παράπτωμα πλημμα
Reatus, Noxa, Noxia,
Erratum, Legitur etiam erratus
Tenebræ pro peccatis in ſacris literis frequens
Menda, vel Mendum
Caſus, Scelus, Lapſus
Flagitium, Culpa, Nephas
Commiſſum, Admiſſum, Offenſa
Offenſio, Facinus, Iniquitas
Offenſus, us, pro eodem ponuntur
Offenſa tamen activè, & offenſio paſſive frequentius ſumitur
Et ſanguines plurali numero pro peccato concupiſcentiæ in ſacris ponitur
Error, quod fere per imprudentiam committitur, ἁμάρτημα, Græcis Vitium levius eſt.

an hainous Offence, or a moſt wicked fact, or Deed.

Scelus, μιαρία
Ingenio ſcelus non deeſt tuo
Capitalis noxa capite plectenda, atque mulctanda eſt
Cauſa capitis
Crimen, Probrum
Flagitium, ἀνόμημα, quaſi flagris dignum crimen
Hoc non eſt leve crimen
Piaculum, Nephas
Impiamentum, apud Cyprian.
Facinus, anceps vox eſt, ſiquidem Saluſtius præclari facinoris negotium appellat, à culpa mea facinus abeſt

to Offend, to Sinne, to doe Amiſſe.

Offendere, Peccare
Labi, Eſſe in culpa
Gapere, Errare
Delinquere
Violare numina
Lædere mens ſibi conſcia recti recuſat, vide to Sinne.

to Offer, to Sacrifice.

Offerre, Litare
Offerre ſacrificia
Ducere pecudes, Virgil 6.

Immolare

Immolare victimas, Sacrificare
Libare, Mactare
Hostias cædere, Eluſtrare divis
Rem divinam facere, Terent.
Operari rei divinæ, Soli.
Libamen offerre
Thura accendere
Incendere adipes
Libaminibus vota & preces coram Deo fundere, Pollucere
Prece cælites placare
Singularis ſacrificii oblatione Dei iram placare, Occurſare numinibus ſacrificiis placare
Aras odoribus colluſtrare Sabæis
Adorare altaria tædis
Adolere thymiama, penates flammis
Suffire
Cædere pro immolare, ſacrificare apud Virg. Porrigere
Adolere & adoleſcere
Adoleſcunt ignibus aræ
Facere pro ſacrificare
Virg. Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito
Deum oblatione placare
Sacra facere, exhibere, & dare, Virgilius, & id genus alia quæ priſcis in uſu fuerunt.

an Offering, or Sacrifice.

Sacrificium, Libamen
Libamentum, Libatio
Oblatio, Victima
Hoſtia, Incenſum,
Odores, Suffimenta
Holocauſtum, & holocauſtoma, quaſi totum inſenſum in lege veteri ulitatiſſimum ſacrificium.

to offer wrong to his father is moſt wicked.

Nullum crimen, piaculum, ſcelus gravius eſt aut deteſtabilius quam patri manus afferre, vim inferre
Maximo ſe aſtringit ſcelere, grave piaculum admittit, impiè facit, qui parentem violat, lædit
Qui violat eam pietatem, qui parenti debetur
Nullum ſcelus abeſt ab eo ſcelere, in uno illo ſcelere omnia ſunt ſcelera, cum parenti vis infertur, injuria fit.

an Office, a Duty.

Officium, Munus
Suſceptum perficere munus
Fungi munere ſuo
Partes, Munia pluraliter.

to be in Office, to bear rule.

Obire munimina, provinciam, munus, Livius
Obire officia, Plinius
Ille quoad honeſtus fuit, obiit, officia geſſit magiſtratus
Obire, adminiſtrare Conſulis, virgiliarum munus,

an Office done with great praiſe.

Pater tuus eximiam ex hoc magiſtratu laudem collegit, tulit, cœpit, adeptus eſt, conſecutus eſt
Præclarè pater tuus hunc honorem geſſit, egregiè ſe pater tuus in hoc munere tractavit
Pater tuus hunc magiſtratum pro ſua, reique publicæ dignitate adminiſtravit.

Oftentimes.

Subinde, Identidem, ut tradit Laurentius Valla
Sæpius, Multoties
Sæpenumero,
Sæpe, Perſæpe
Sæpiculè, Sæpiuſculè
Quam ſæpiſſimè
Frequenter, Crebro
Plerumque,

Haud

Haud ſemel, Plus ſemel
Non ſemel.

Not often, vide Seldome

Oyle.

Oleum, Olivum
Paladia Iatices.

an Oyle-pot.

Campſaças, med. cor. Καμψάκης
Lecythus media correpta
Ampulla olearia
Cuzus pro eodem, apud Aulum Gellium & Juvenalem
Vas olearum, χύτλος
Et ἀλαβάστρον, vas olearium
Rhinoceros
Lenticula, in libris regum, vas olearium, ex quo reges & ſacerdotes linebantur in teſtamento veteri

an Oke.

Quercus, Æſculus
Glandifera arbos
Chaonis arbos, à Chaonia
Ilex, qua & primus à nonnullis dicitur, ἔλιξ, Græcis
Robur, propriè.

Old, Ancient, Aged.

Antiquus, παλαιὸς, Senex
Vetuſtus, Veterulus, Caſcus
Vetus, Avitus, med. prod.
Priſcus & Priſtinus, quæ à Gramaticis diſtinguuntur, & apud Virg.
Cana fides & vetuſta, i. antiqua
Veteranus Prior, Annoſus
Grandævus, longævus
Provectus ætate, confectus ſenio, Decrepitus.

Old age, or Elderſhip.

Senium, Senectus, &
Effera ſenecta, Decrepita ætas
Ætas ſenilis, παλαιότης
Ætas provecta, protracta
Ætas urgens jam & inclinata
παραπαιγνιὰ ἡλικίας, Vetuſtas
Neſtoria, Tithoni ſenecta Cani
Longævitas, Ætas ingraveſcens
Seri anni & tempora ſera
Rugæ ſenilis apud poët. pro ſenectute rugoſa
Decolor & exterior ætas
Affecta vel defecta ætas
Annoſa ætas, & pene ultra humanam extenta fragilitatem, Soli.
Progreſſior, provectior ætas.

very Old, or aged.

Grandævus, Veteratus
Antiquus, Annoſus
παλαιὸτατος, Vetus
Multi ævi, Gravis annis
Vetuſtus, Senex, Ipſa ſenectus
Provectus ætate, feſſus
Grandior ævo
Confectus annis, Saluſt. Preſenex
Valdè ſenex σφοδρὸς γήρᾳ
Senio confectus, Canus
Decrepitus, Plenus dierum, ætatis
Canis reſperſa habens tempora
Homo venerandæ ſenectutis
Senectute & canicie reverendus
Decrepitæ ſenectutis, βαδυγήρως
πέμπτῳ βαίνων, tertio jam pede, baculo innitens
Tremulum caput
Gravis ſenio, Grandis natu, ætate
Annos numerans multos
Extrema ſenectutis
Pergrandis natu
γεγηραωκὼς
Frons contracta rugis
Annis, ætate fractus, obſitus,
Capularis, Rugoſus, Silicernium
Curvo vertice nutans
Albus capillis
Alterum pedem in Charontis cymba habens
Situ confectus
γέρων, πάππαλος, πάλαιος
Defeſſus ætate
Ævi maturus

Qui

Qui multorum festorum Jovis glandes comedit, **Dus that hath eaten many Christmas pies**
Senecio, Sericulus
Effœtum corpus
Gerontio, diminutiva sunt
Vetulus in sacris Bibliis
Stupa, Marcidus, Exuccus
Homo vergentis ætatis
Senipeta, vergens ad senium, est in beati Benedicti regula
Longævus, apud Hier. in libro Josuæ, ut persenilis. Nestorius, Macrobius, Polychronius
Acherontis senex, apud Plaut.
Capulo proximus
Oblitus annis & pannis, **Utry Old, and ill apparelled**
Pedem in fovea habens, Pomp.
Alterum pedem in tumulo habens τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ σορῷ ἔχων, ut est apud Lucian. qui senem derepitum etiam vivum quoddam sepulchrum appellat
Charontis pictatio statim inscribendus.

to ware or become Old, or to live long.

Senescere, Senio confici
Consenescere, γηράσκειν
Ingravescere ætate
Vivere annos Nestoreos, Nestoris
Ultra aquilæ senectam vivere
Tithoni senectam æquare
Veterascere
Thronus, θρόνος, Solium majeſtatis ſiunt, Cathedra
Hemicyclus, Exedra
Tribunal judicis.

a foot Stoole.

Suppedaneum, Scabellum
Subſellium, Hypopodium.
ὑποπόδιον, ὑποπόδιον.

to ſtop, or to ſhut up, to incloſe with hedge or wall.

Obturare, φραγίζειν
Occludere, Obſtruere
Oppilare, Obſtipare
Obſepire, διαφράσσειν
Implere, Infarcire
Obvallare, Obmunire
Rimas delutare, Oblinere luto
Obdere, Conſtipare
Effercire intervalla grandibus in fronte ſaxis, apud Cæſ.
Strabulis ſupponere pecus
Auribus aurem addere
Aures obturare, **to ſtop the eares.**
Stipare, ſtringere. Oppilare
Contrahere, claudere, medicis uſurpatur, Alvum ſiſtere

to Stop another mans proſpect, or light.

Obſtruere luminibus, apud Cic. in 5. Tuſcul. pro ſtructura propiore lumen alicui tollere
Officere luminibus vicini pro eodem à Iuſtiniano ponitur, quod poſtremum ſcilic. Budæus poſuit pro Gloriam alterius obſcurare, minuere, pro quo Livius uſurpat. Nemini officere. Etſi in tanta ſtripeorum turba mea fama in obſcuro ſit, nobilitate ac magnitudine eorum qui nomini officient meo, me conſolor.
Officere luminibus, etiam apud Ciceronem

Ne

Nec mentis quaſi luminibus officii altitudo fortunæ, gloriæ
Adferre obſcuritatem, apud eundem
Attulerunt tuæ res geſtæ cæterorum laudibus obſcuritatem
Alicujus præterea virtute, aliorum nonnunquam obſoleſcere dicitur exiſtimatio.

to Stop ones mouth, vide Silence.

Store, vide Abundance.

Stout, bold, without feare.

Hoſtibus haud tergo ſed forti pectore notus, Catul.
Intrepidus, ἀδεὴς
Audax, Animoſus
Audens, audaculus
Infractus animo
Qui magno animo & erecto eſt
Invicti animi, Confidens
Ad quodvis facinus promptus, A venturer; mortem non timens præſentem
Acer, Atrox
Ferox, Impavidus
Strenuus, Magnanimus
Temerarius, Nihil timens
¶ Credere ſe ſuæ arti, audaciæ
Præſenti infracto animo, conſtanti ἀνεφόβως.

a Stout Fact, vide Deed.

to Stray abroad, vide to go out of the way

to Straine thorow a Colander.

Deliquare apud Colu. Eliquare
Exprimere famas, piſa
Colare, Excolare
Percolare, Pauxillatim ſtillatimque liquorem emittere
Per colum aut ſcerniculum purgare διυγαίνειν.

to Strangle, vide to Choke.

a Stranger, or an outlandiſhman.

Externus, Exter
Peregrinus, Exterus, Extraneus, & Exteraneus, Advena
Alienigena ἀλλοδαπὸς
Proſelytus, Exoticus
Adventitius, Alienus.

to Stretch out, vide to ſpread abroad.

Streit.

Anguſtus, ſtrict. Arctus
Strictus, Exiguus, Brevis.

to make Streight.

Anguſtare, Anguſtum facere
Coanguſtare, Contrahere
In anguſtum adducere vel deducere
Conſtringere
Arctare, coarctare.

Strength.

Robur, ἰσχὺς
Fortitudo, Vires, Latus
Vires timor abſtulit
Nervus, Vis, Lacertus
Vim ſuſcitat ira
Gladiatoria totius corporis firmitas
Virtus, quæ δύναμις Græcis
Venit in corpore virtus
Brachium, pro fortitudine in ſacra Scriptura. Potentia
Poteſtas, vide Might.

to Strengthen, to make Strong.

Munire, Communire
Obfirmare Firmare
Roborare, Vallo claudere.
Vallare mœnia Arcua
Confirmare, ſtabilire. κραδίζημι
Cancellis firmare, δικτυῶσαι, Vide Cuvitron.

to Strike with a Club, vide Beate.

to Strike off, vide to Cut off.

to Strive, to Chide, to Brawle.

Rixari, obſtrepere
Contendere verbis
Altercari
ἰοίζειν, Obſtrepere
Obgannire
Jurgare, Litigare
Litibus intendere
Iurgia exercere
Agitare contentiones
Litem lite ſerere
Conferre lites, Horat.
Verbis invicem altercari
Dictis dimicare mutuis
Diſſidere, Concertare
Verbis certare, Pugnare.
Funiculum contentionum ducere, apud D. Hieron.
Conſerere lites
Contentionem exercere
Diſſidiis in amœnis conflictari, concuti
Puſilla de cauſa de re quantumvis frivola, litem, rixam movere
Obſtrigilare
Omnia contentione agere, to doe nothing but braule.
Non ſolum lingua, ſed & ligno, rem agere to braule and fight
Controverſiam habere, alere
Controverſari apud Cic.
Altercationem habere & facere utrum, apud Cic.
Commutare verba, pro litigare apud Terent.
Velitare, λογομαχεῖν pro verbis altercari
Lingua concertare, apud Cic.
Serenitati nubem inducere, to make diſcord or noiſe.
Certare pro brachia
Contendere pro ſubligaculo
In jurgium deſcendere
Diſſidiis contendere
Cum jurgio adoriri, to chide one.

Strifes, vide Contentions.

Strong, Bigge, and Mighty.

Validus, ἰσχυρὸς
Fortis, Robuſtus
Magnarum virium
Herculea gens, robore nata
Corpus durum, patienſque laborum
Præditus viribus
Valido eſſe labore, corpore firmo, juncta viribus, virtute præſtans, firmus νῶτα ἔχων
Robuſti corporis
Samſonius, Atlanticus
Potens, Herculeus
Prævalidus, κρατερὸς
Pectoroſus. Lacertoſus
Invictus viribus, præſtans virtute ac robore
Vertius, apud Pomponium
Cui ſolidæ ſtant robore vires
Nervoſus
Præſtrenuus
Viribus pollens, præpollens
Samſonem robore vincens
Alter Hercules, Vigoroſus
Acer apud Virgilium de Turno
Murius ipſe, Milo
Toroſa juventus apud Perſium
Homo nervoſi robuſtique corporis
Inſigni tam corporis, tum animi robore præditus

Cui

Cui vigor mentis, solidumque robur
Cui maxima vis est, Homerus
ἔστι μοὶ ἐν στήθεσσι βίη μέγαθος τε
Prævalidæ sunt in corpore vires.

to make Strong.

Robustum facere, Dare vires, animum addere
Reddere, revocare animos.

Stubborne.

Rigidus, Protervus, Indomitus
Infrenis, Effrenatus, vide **Obstinate and disobedient.**

to Studie, vide to Learne and to Muse.

to Studie, to endevour or give himselfe to vertue, to prosper in all goodnesse.

Colere virtutem
Dare operam virtuti
Adolescere & grandescere quotidianis virtutum auctibus
Proficere de virtute in virtutem
Magna indies bonæ frugis carpere incrementa.
Incrementum & vires accipere
Eximiam ad recta vitæ institutæ progressionem facere
Exercitamentis virtutum multum fructus referre
Vitam virtute excolere
Omnem operam ac studium ponere in virtute colenda
Se prosperè virtutis ad fastigium
Proficere in meutem bonam in salutemque
Pectus virtutum ornare nitelis
Ingenuis mentem virtutibus ornare
In eo vitam impendere studio, quæ vera certissimaque ad virtutem ducunt via.

very Studious, or given to Learning.

Studiosus
Literarum amantissimus
Perdius & pernox in literis
Libris affixus, Pertinaciss imè inhærens.
Cui omne tempus inter bonas literas effluit
Palladii studii cultor, venator, amator
Candidatus bonarum literarum
Assiduus in studiis literarum
Cui est cordi sacræ cultura Minervæ, &c.

Studie, vide Diligence.

to Stumble, to falter in going.

Cespitare, Nutare gressu
Titubare, παραπίπτειν, Labi
Vacillare gressu, pedibus
Ire pede incerto
Labascere, Errare
Telepidare, παραφέρεσθαι
Super talos insistere
Incedere, iter facere passibus non æquis; apud Senecam in morte Claud.

to Subdue, to make tame, to overcome.

Subigere, Subjicere
Pandere armis
Subiugare. Potestatis sui facere
Redigere sub imperium, Vincere
Liberare, mulctare, subdere
Cogere ut imperata faciant, ferant
Conficere in leges suas, apud Terent.
Rebellare, Expugnare
Superare, Prosternere

victricem

Victricem imponere pedem
Confundere, Conculcare
Contundere, Conterere
Evertere, Subvertere, Calcare
Mittere sub leges, Virg.
Vi oppresso, imperio coercere, Cic.
Vi & vafris circumventionibus subjugare
Supponere caput pedibus
In jus, in potestatem suam redigere, vindicare, obtinere, potiri.
In servitutem, in servitium, in provinciam redigere, Frænare
Frænos, jugum injicere, δουλεῖν
Domare. δαμάζειν
Frænum imponere, seu jugum servile
Servitio premere, Coercere
Sub pede colla tenere
In ditionem redire
Domitum, impositum pede calcare, premere
Imponere imperium, jugum
Sub jugum mittere
Trahere sub juga
Facere aliquem vectigalem, tributarium, vide Tame.

to Subdue a Country, vide to Winne.

to become Subiect. vide Obedient, Subiect to, &c.

to Suborne, to put in the place of another.

Subornare, Adornare, supponere
πρασκευάζειν, Allegare
Submittere, Subdere.

Subsidie or Tribute, a Tole.

Vectigal, Tributum & tributus, apud Plaut.
Telonium, Portorium quod in itinere præstare solent

to leave a Substitute, vide to Selle.

Substance or Wealth, vide Money.

Subtill, Crafty.

Sagax, Industrius
ὀπτικός, ἀγχίνους
λογοδαίδαλος.
Ingeniosus, Chrysippus
πολυδαίδαλος
Acutus, Alacer
Callidus
Sensibus vigens universis
Acer in argumentationibus, argutus orator
εὐδυμηματικὸς
Perspicax, Gnarus
Disertus, ἀγχίνους
Magnus ingenio
Expertus, Solers
Præditus ingenio
Animo ingeniosus, artificiosus
Ingenti dexteritate plurimum polleas
Rhinoceros, Metaph.
Prudens, Dædalus
Fœlici acutoque ingenio
Præstans ingenio, διφορὸς
Vir & ingenii vigore, & memoriæ dono præstans
In quo summa est facultas ingenii
Homo venusto, cœlesti ingenio, mirificæ industriæ
Divinæ cujusdam indolis
πολυτεχνότατος
Cleanthes, Sagaci ingenio
Egregiis ingenii dotibus cumulatus
In agendis rebus consilio utens
Argutus disputator
Acerrimum agens disputatorem.

Subtilty, Craftinesse, Guilfulnesse.

Argutia, Fuci
Strophæ tergiversationum

Ambages, Anfractus, δίκαιοσις
Acumen Chrysippeium
Acies ingenii
Chrysippeæ subtilitates
χρησφυγετν, est suffragium
Astus, Astutia, Vaframentum
τέχνη, κερδοσύνη. Ars
Calliditas, Vafricies
Versutia, Dolositas. Fraudulentia
Sisyphi artes. Proverb.
Dolosa consultamina
Versuta consilia
¶ Veteratorie, subdole, vafre, versute, callide, Mittily.

to Sucke, or to give Sucke.

Lactare, sugere, lactere, lambere matrem, premere mammam, mamillam, papillam, ubera sugere
Alimentum maternum trahere
Lambere matrem
Inmulgere ubera matris labris
Ubera trahere, ducere, bibere, ebibere lac maternum.

Successors. Posterity.

Posteri, Posteriores
ὕστεροι, ἐπιγονοι, ἐπίσπαστοι
Minores, Epigoni
Nepotes, Successores
Sequaces, ἐπόμενοι
Posteritas, } Posterity.
Soboles,
Genus,
Successio,
Semen pro posteritate in sacris
Futuræ retro generationes, pro posteris in sacra Scriptura
παῖδες παίδων, Nati natorum
Filii filiorum, frequenter in sacris
Postera ætas.

a good Successe.

Rei eventum secundum fore spero, fœliciter, prospere, ex animi sententia rem gerere, ad optatum finem perducere, fœlici exitu concludere
Efficiam ne quid adversi in re contingat, ne sit infaustus, alienus, à nostris voluptatibus
Ut exitus, finis & terminus rei sit prosper ac felix.

Such manner, or such a one of this or that Sort.

Talis, Hujusmodi
Hujuscemodi, Istiusmodi
Illiusmodi, Similis
Ejusmodi, is, ea, id.

to Sue the Law, to commence an Action.

In jus vocare, in jus ducere
Jure convenire, Citare
Citare ad judicem, in jus aliquem
Diem dicere, vel condicere alicui
κλητεύειν
Dicam scribere & dicam impingere, quod Paulus Jurisc. consul. dictare actionem dicit.

to Suffer, to abide, to endure.

Tolerare, καρτερεῖν
Exhaurire periculum
Sustinere, Supportare
Pati, Perpeti
Ferre, Durare
πάσχειν, Perferre
Dare pœnas, Pendere
Dependere pœnas natibus vel tergo
Plectere, Luere
Solvere, Piare pœnas
Casus invicto corde sinistros pati
Sufferre, Perferre, ὑπομένειν
Multos subire, Addere labores
Multum terris jactatus & alto
Pœnæ hæc mihi causa fuit.

to Suffer too much, vide to Permit.

Sufficient, vide Apt.

a Suffragan, vide Bishops Vicar.

to Swimme.

Natare, Fluitare, Innare
Tacitis remigare sub undis
Flumine tranare
Fluvios innare rapaces
Remis corporis uti
Carpere iter maris
Dimovere aquas brachiis
Findere, secare aquas pectore
Pulsare aquas nudis lacertis
Ferri per aquas
Mari brachia tendere
Pendere aquis
Ferire aquas
Pellere undam manu
Ducere manus in aquis, Placitis undis natare, to Swim in calme water.

to Summe severall parcells in a reckoning or account.

Reducere in Summas
Putare, deputare rationes
Subducere Summam, quod summare vulgus dicit
In summam conferre
In summam redigere, cogere.

Sumptuously, vide Deliciously.

Sumptuous banket, vide Banquet.

the Sunne.

Sol, Titan, Hyperion
Oculus mundi
Hyperione natus, Phœbus, Apollo
Pater heliadum, Masculum sydus
Genitor Phaetontis.

Occidens, Hesperiæ partes, occiduus dies, A sole occiduo

Sol præceps occiduas subit aquas occasus solis.

a Supper.

Cœna, Cœnula, quæ Vesperna antiquis dicebatur
Convivium serotinum
Δεῖπνος, Δόρπον
Epulum vespertinum
Vesperinæ festiunculæ, Collation.
Cœna Hecates, prov. dicitur cœna perparca & impendio frugalis, vide a cold Feast.

a Supplication or Request.

Libellus apud Sueton. & pluraliter Libelli, quos Martialis vocat supplices libellos, in quibus scilicet, continentur petitiones, supplicationes subditorum. ἱκετηρίαι
Galli, Requestam vocant, minus Latinè
Libellos signare, sive subornare dicitur, qui supplicibus libellis, sive Requestis respondet.

Supplication, or Request, put backe.

Spernere, repellere, deserere preces orantis
Surdas aures præbere oranti
Nulli exauditæ deorum preces tuæ fuerunt.

to Supply the stead of another, to take the turne of another.

Alternare vices, apud Ovid.
Variare vices, apud Virg.
Præstare, tradere mutuas operas, Terent. Servare vices, Solin.
Promiscuam opetam dare, Plaut.
Ludum facere labori, Horat.

Per vices quippiam agere
Variare laborem otio, otium labore
Aliis viciſſim ſuppetias ferre
¶ Reſpirare, Vires tarditate nutrire.

to Suppoſe, to Thinke or Eſteeme.

Arbitrari, Autumare
Judicare, Cenſere
Videri, deponentaliter
Putare, νομίζειν
Exiſtimare, Credere
Exploratum habere
Diligenter cogitare
Attentius examinare
Intento animo intueri, perpendere, pondetare
Sentire frequentibus iſtis particulis, quod vel quoniam
Opinione plane concipere, fore
Perſuaſionem induere
Reri, Opinari, meditari.

Sure, vide Faithfull and ſtedfaſt.

I am Sure or certaine of it. I doubt it not. or I am out of doubt.

Scio, certus ſum
Firmiter teneo, Perſuaſum eſt mihi
ἐκτὸς τοῦ εἰδέναι
Certò mihi perſuaſum eſt
ἀναμφίδολος εἰμὶ, firmiter teneo, nihil ambigo
Certis argumentis habeo compertum
Certum proſpicio
Certis adducor argumentis
Plurimis experimentis obſervati
Certo certius habeo
Pro certo habeo, Liquet
Conſtat mihi
Certum, exploratum habeo
Pro explorato habeo
Exploratiſſimum eſt mihi
Non ambigo
Compertum, perſpectum, notum, excognitum habeo
Capio, Intelligo, οἶδα
Non ignoro, Non ſum ignarus
Non ſum neſcius, inſcius
Certò ſcio, Certum ſcio, Certè ſcio, Omnia, apud Cic.
Non eſt mihi dubium, obſcurum
Spe non dubia ductum
Uſu comperi
Exploratum, compertum eſt mihi
Certiſſima fide compertum, & argumentis indubitatis perſuaſum eſt mihi
Divinis eloquiis teſtatum habemus & perſuaſum, Bud.
Calleo, teneo hanc rem quam optimè
Non me fugit, οἶδα
Fugit, fallit, latet, præterit neminem, Omnes ſciunt
Indubitatum, perfectiſſimum habeo
Non me præterit, fallit
Haud me falſum habuit
Haud me latet, δῆλόν μοι
Non me clam eſt
Neque ſ. obſcurum cuiquam, known to all men.

a Surety, or a Pledge.

Fidejuſſor, ἐγγυητὴς
Sponſor, Satiſdator
Præs & Vas, vadis, ſed in re diverſa, unde Auſon. Quid cum iis fuerit nummaria, tum dabitur? Præs
Quis ſubit in pœnam capitali ſupplicio? Vas, Obſes.

to become a Surety for one.

Vadimonium promittere, in re propriè capitali
Pro altero fidejubere, ſpondere, ſe obligare
Fidem, promiſſum præſtare alienum
Vadari verbum commune
βαδίζειν
Vadimonio ſe obſtringere

Siſtere

Sistere vadimonium, to put in surety.
Alienæ culpæ dispendium luere velle
In se recipere, ad se, Terent.
τὶ ἐφ' ἑαυτῷ δέχεσθαι, ἀναδέχεσθαι
Præstare, apud Cic. frequens, pro satisfacere
Alienam culpam, alienum promissum in se recipere
Fide jubere, pro alio spondere
Fidem pignori dare
Dare promissa, apud Virg.
Promittere per vadem
Suo periculo, sua fide promittere alium facturum aliquid
Fidem interponere suam, apud Cæs.

a Surgeon.

Chirurgus, χειρουργὸς
Chirurgicus, pro eodem
Aliptes ab ungendo
Empiricus, experimentator, ἐμπειρικὸς qui per experientiam medetur
Vulnerarius substanti, vel vulnerarius medicus.

to Surround, vide to overflow.

to win his Suit.

Tenere, obtinere causam
Evincere, vincere litem
Tenere sententiam, to get the upper hand.

to lose his Suit, or to be debarred of his action.

Perdere causam, jus
Et cadunt à causa, qui litem perdunt, qui causam adversario tradunt, concedunt
Similiter cadere causa, causam emittere, succumbere
Cadere formula, apud Quintilianum, pro eodem
¶ Vinci, superari, cedere.
Inferior, minor sum, ἡττῶμαι
Posteriores ferre, ἥττου φέρεσθαι.

a Swallow, vide Gulfe.

to Swarve altogether from old fashions.

to Sweare, to take an Oath.

Jurare
Juramentum, jusjurandum præstare
πίστιν ὀμνύειν
Fidem juramento obstringere
In alicujus verba jurare
Sancte jurata dejurare
Sacramentum dicere & sacramento
Coram Deo & Angelis protestari
Dare jusjurandum
Jurejurando confirmare
Conceptis verbis jurare, hoc est, ad præscriptum & voluntatem alterius
Jurare stygias undas
Superos testari
Nubila promissi Styx mihi testis erat
Per mare, per terras, per tristia numina Juro
Adjuro stygii caput implacabile fontis
Per superos, & si qua tellure sub ima est
Per freta juro terrámque potentem
Stygii per flumina fratris annuit
Méque adstringam verbis in sacra diva meis
¶ Sacramento adigere, vel jurejurando
Cogere ad jurandum, Obtrigare, obligare jurejurando, vel in jusjurandum cogere, obstringere
ἐξορκοῦν, to take an oath of one, or to cause him to sweare.
¶ Jurisjurandi alicui gratiam facere, Jusjurandum vel sacramentum remittere, to dispense with one for his oath, to release or discharge him of it.
Sacramenti religione exolvere
Juramentum nullum expetere

Sacramento, non tenere
Perfidum dicere, to periure or forswear.
Sanctiſſimum ſacramentum violare εἰς τὸν ὅρκον ἀσεβεῖς.

to Sweat.

Sudare, conſudare
Sudorem emittere, deſudare
Circumſudare, Exſudare
Sudat, manat ſudore
Sudator, Sudatrix
Sudoris plenus, one that ſweated much
Oſſaque & artus perfundit toto pectore ſudor
Tum toto corpore ſudor liqueſcit.

to Sweep the floore.

Scopare, σκιλλειν, κερεῖν
Verrere, expurgare pavimentum
Operam omnem aranearum perdere, texturam improbam, telas, apud Plautum.

Sweet.

Suave, Dulce
Lene, Muſteum
Mellitum, Sacratum
Mellis medulla
Melleum, Mellifluum.

a Sweet-heart, vide a Paramour.

Swift, Quicke, Speedy, Active, Nimble.

Agilis, Alacer
Velox, Pernix
Citus, ὀξυμβρος
Celer, Volucer
Impiger, Ales. adjectivum
Alite vectus equo
Feſtinus, ταχυς
Præpes, Celeripes
Strenuus, Citatus, ὀξὺς
Aëripes, & per ſynæreſin Aëripes, Alipes
Velocior Pegaſo
Rapidus, Ocyor accipitre
Θᾶσσον ἱρήκων
Cervum curſu vincens
Fugax, pro maxime celeri & veloci
Cicero poſuit in epiſtolis, & Virg. in Ro.
Volucri meare curſu, Sol. de Tigride
Primum pigero fluente.

Swiftneſſe, Quickeneſſe, Speedineſſe.

Agilitas, Velocitas
Pernicitas, Celeritas
Alacritas, Levitas.

a Swil-boll, vide Drunkard.

a Swine, vide Hogge.

a wilde Swine, vide Boze.

a Sword.

Gladius, Enſis, ξίφος
Framea vel phramea
Telum, apud Virg. & alios
Ferrum pro gladio frequens, utpote materia rei confecta
Machera, Romphæa, a two hand Sword.
Mucro, per Synecdochen, ut ex parte totum intelligamus
Spatha, Spathula
Parazonium, a riding Sword.
Acinacis, penultima correpta, apud Horat. & D. Hieron. pro gladio uſurpatum eſt Perſico, ſeu potius Medico, Turcæ Cimiteriam vocant enſem
Harpe, apud Lucre. pro enſe falcato,

to

to draw the Sword.

Distringere ensem, Mucronem
Vagina eripere ferrum
Vagina diripit ensem
Stringere gladium
Ensem exigere, Gladium nudare
Petere ferro, ense, gladio
Exercere, Evaginare vel rectius distringere, educere.
ἕλκειν τὸ ξίφος.

a Sword.

to gird his Sword.

Balteo se cingere
Ense latus cingere
Præcingitur ense viator
Lateri ensem accommodare, aptare, subligare
Subjicere latus gladio, latus ense cingere, Vincire
Revincire, Acuto cingi ense.

to put the Sword in the sheath or scabbart.

Gladium condere, recondere in vaginam
Ensem recludere
Aptare ensem vagina
Vagina cava fulgentem recondit ensem.

T.

a Table.

Tabula, Tabella, Mensa
Mensula, Quadra, ut, aliena vivere quadra
Mensis struere, instruere, extruere
Ponere, Apponere
Removere, Negare
Retinere, Evertere
Repellere, Compellere
Auferre
Mensis ponere, imponere, removere, discumbere, adesse, surgere, consurgere
Reddere mensæ tempora.

a Table-guest, a Smel-feast, vide Guest.

a paire of Tables for to play at Dice.

Abacus, Alucus
Alucolus, Fritillus
Pyrgus, apud Horat.
Turricola, Occa
Tabula lusoria.

to take away or from, to leave nothing.

Auferre, Demere
Adimere, Eripere
Eximere, Dirimere
Diripere, Surripere
Præripere, Subducere
Sublegare, Privare
Spoliare, Fraudare
Expoliare, Orbare
Viduare, Sustollere
Detrahere, Subtrahere
Extorquere, Detorquere
Furari, Prædari
Nihil reliquum facere, elegantèr, pro relinquere nihil
μηδὲν καταλείπειν
Omnia auferre vel cum pulvisculo, ut habet proverbium
Tollere funditus, to leave nothing.

to take his breath, vide breathe.

to take grievously.

Ægrè, Ægerrimè, Indignè, Graviter, Gravatim, Molestè, Iniquè, Acerbè, Iracundè ferre
δυσχεραίνειν
Durius, impatienter, male ferre

Indignari cum accusativo, pro
Indigne ferre vel Irasci. Cic.
Cicero præter modum doluit mortua filia.

I take it to be so, or I thinke so.

Mihi videre videor
φαίνεταί μοι
Sic equidem ducebam animo, Virg.
Facile adducor ut credam
οὕτω μοι δοκεῖ, mihi videtur
Suspicor, Mihi sit verisimile
Induco animum
Tangit animum meum suspitio
In anxia purgatione levem concipio suspiciunculam.

to Take in hand, vide to Begin.

to Take on him the office or charge, vide to undertake weighty matters, charge, &c.

to Talke particularly, vide to be patient.

Take heed.

Cave, vide, studium adhibe, Consilio utere, diligenter animadvertere, adverte, attende quam diligenter potes.

Taken with beauty.

Specie capitur adolescentia, oblectatur, gaudet, lætatur
Speciem amant adolescentes.

to Talke, vide to speake.

to Talke or commune with one, to debate of matters together.

Loqui primarium, cum dativo
Alloqui, cum accusativo
Communicare, Conferre
Commemorare, Sermocinari
Colloqui, Confabulari
Commentari, Agere
Verba facere. Sermonem habere
Affari, Compellare
ὁμιλεῖν, ὁμιλητέον
Convenire, cum accusativo, to call, to speake with.
Joannem de hac re conveniam
Volo te paucis vel tribus verbis, (subaudi) alloqui.

a Talke, a Speech, a Language, a Tongue.

Sermo, λόγος
Loquutio, Eloquutio, Verbum
Homilia, Eloquium
Idioma, loquutionis proprietas
Lingua pro eodem frequens, quemadmodum Græcis, φωνὴ

a common Talke, vide Rumour.

Tallow of Beasts.

Sevum, Sepum, σέβας
Sebum scribunt aliqui
Hinc candela sebacea seu sebacas, a tallow candle.
Et candelas, servare, sebare, vel separare, apud Colu. to make tallow candles.
Et apud Plaut. Vulcanum in cornu gerere, id est, candelam, to beare light in a Lanterne.

to make Tame, to subdue or bring under.

Domare, Domitare
Debellare superbos
δαμάζειν
Frænare, Subjicere
Subigere, Subjugare
Sub imperium mittere

Coercere

Coërcere, Reprimere, vide Subdue.

a Tanner, a Currier.

Cerdo, σκυτεύς
Coriarius Byrseus, βυρσεύς
Alutarius.

Tapistry or Hanging.

Tapeta seu potius Tapetes
Tapes, Plaga, Iagula
Legimus etiam Tapetia
Textilis pictura
Peristromata, Stromata
Panni aurro intertexti
Peripetasma
Amphimala, Amphitapa
Aulæa, αὐλαία
Vestes cortinæ, stragulatæ, variegatæ, versicolores, belluatæ, apud Varro. hoc est diversis belluarum figuris depictæ
Textile stragulum magnificis operibus pictum & plenum artis argentum.

a Tap, a Cocke, a Spigot, a Spont.

Epitonium, Spina, Ducillus, Fistula Collabus, σύριγξ
Tubus, Cujus diminutivum est
Tubullus
Vinum, cervisiam educere, promere, to trap.
Depromere, vinum movere, Hor.

to Tarry, to Haunt, to Stay.

Manere, μένειν
Expectare, ὑπομένειν
Operire, σκεπάζειν
Percunctari, Terent.
Percunctatum ibo ad portam quoad se recipiat
Præstolari, omnia cum accusativo construuntur. Cicero pollicitum præstolor etiam dativo jungit.
Restare, Restitare
Tardare, Resistere
Cunctari, Demorari
Intermittere, Intercipere
Interrumpere, Cessare
Tardescere, Deinere
Desistere, Morari
Moram interponere, facere, inferre
Hærere, Sistere
Omittere.

I will not Tarry. I will come by and by, quickly, or shortly.

Non cunctabor, non morabor diutius
Adventum non differam, non prorogabo
Subitò, inopinato, propediem nos visurus est
Novo ineunte anno
Ineunte vere, prima Hirundine advolabo Dabitur tibi copia nostri, Virgilius.
Hyeme proxima, hyeme extrema videbit nos Roma
Londinum, Oxonia
Cum se remiserit hyemis rigor, cum cheonilis & hirundinibus evolabo
Adventum maturabimus
Ocyus præsentiam nostram usurus es,
Propediem te invisam
¶ Maturabo reditum
Jam jam adero
Mox rediturus
Continuò hic ero.

Tarry a little, vide Stand still.

to Do or end his Taske, to dispatch his business.

Pensum persolvere, absolvere
Pensum conficere, Plaut.
Pensum meum quod datum est, confeci
Peragere laboris pensum
Opus justum vel operas reddere

Implere

Implere, peragere partes ſuas
Juſta præbere, reddere
Juſta operum peragere
¶ Plena opera
Juſta pluraliter
Opera conſtituta, debita, conſuera, apud Columel.

to Taſte, to Smacke, to prove.

Libare, Delibare
Guſtare, Deguſtare.
Pitiſſare, apud Terent.
Carptim, leviter, ac velut obiter deguſtare
Admovere labra poculis
Primoribus labiis deguſtare, tangere
A limine ſalutare
Summo digito & quaſi per Indicem tangere, Juſtinianus
Ut canis è Nilo deguſtare
Per tranſennam inſpicere
Extremis digitis attingere
Ex tranſcurſu dicere, velut deguſtandi cauſa
ἐκ παρεργασίας μαθεῖν, ὥσπερ γεύματος ἅπτεσθαι.

to Tax, vide to Telle.

a Taſſer, a Botcher, a Cobler.

Sarcinator, Sartor
Cerdo, ῥάπτης
Veſtiarius, qui veſtes vendit & reſcit, Pannicularius
Veteramentarius ſutor, a Cobler or a Botcher and ſuppactor, a ſouter or cobler.

to Teach, to Informe, to Inſtruct.

Docere, παιδεύειν
Inſtituere, Erudire
Edocere, Condocere
Educare, Dogmatizare
Inſtruere, imbuere.
Fingere ingenium rude, animos puerile, juventutem, filium, pro informare
Literis ornare
Condocefacere, apud Cic. Tuſc. 3.
Tradere pro docere
Præceptiones & inſtitutiones tradere.
Profiteri aliquem, artes ingenuas, pro docere, ſcire
Pueri pectus præceptis formare, Hor. Formare mores
Ætatem puerilem ad artes, ad humanitatem informare, Cic.
Artium vias juventuti tradere
Tradere vias diſciplinarum diſcendarum, ſcientiam
Puerorum rudem & ad omnia ſoqacem animum ad optima quæque perducere
Puerorum ingenia literis excolere
Juventutem & fideliter & accurate, tam literis bonis, quam rectis moribus expolire.
Pectus rectis moribus inſtruere
Catechizare, in Epiſtolis Paulinis propriè.
Inſtruere, myſteria religionis tradere.

to Teare in pieces, vide to Rent.

to weepe with Teares, vide to Weepe.

to Tell, to ſhew, to declare, vide Rehearſe.

a Tell-tale, a Blab.

Homo futilis, Levis
Rimarum plenus
Omnes ferens ſub auras
Hac illacque perfluens
τετρημένος πίθος, Hoc eſt, Dolium pertuſum
Incontinentis linguæ
Parmeno Terentianus
E perforato qui biberit poculo

Meli-

Meliacum navigium
τὸ μήλιακὸν πλοῖον
Laterna punica
Cribro infidelior
Laterna magis pellucidus
Dolio pertuſo incontinentior, ut habent proverbia.

to Tell all things abroad.

Dicta eliminare, apud Horatium, in epiſt. pro extra limen efferre, renunciare
Facta tegenda loqui, Tibul.
Foris effutire, Terent. vide to publiſh.

Tell us.

Dic, Dice, apud Comicos
Cedo, imperativum, pro dic, apud Comicos
ἔιπι, λέγε, Refer
Dare, pro dicere, apud Virg.
Iſte Deus quis ſit da Tityre nobis, id eſt, dic, Memora.

Tempeſtuous and troublous weather.

Venti, Procellæ
Importuniſſimi venti perpetuo ſpiritu ex adverſo flantes
Fulmina, Fulgura ardentia
Tempeſtates, Turbines
Intemperies, Nimbus
Grandines
ζάλη πολλὴ
Cœlum admodum ingratum
Cœlum turbidum
Hyems pro tempeſtate ponitur.

Tempeſtuous ſtormes on the ſea.

Æſtus, commotio maris
Mare turbidum, fervens, æſtuans, ſævum, fluctuans validè, vehementer
Procelloſum mare, turgidum, invalescente Æolo, exurgentibus ſubinde undarum molibus
Ærumnoſum ſalum, Cic. vocat.
Undas, fretum, quum ventus & unda intumeſcunt, ratis mediis urgetur, in fluctibus æquoreis titubans quaſſatur procellis
Rapidis ſævit fervoribus æquor
Mare tumultuoſum, ventoſum, undoſum, undabundum, tempeſtuoſum, horriſonum, naufragium minitans, ventis commotum, iratum, ſervidum, agitatum

to appeaſe a Tempeſt.

Componere, tranquillum reddere tempeſtuoſum ſævi maris impetum
Lenire tempeſtatem
Tumida placare æquora
Æolis ventis, tumidiſque imperare procellis
Liberare à turbine irati æquoris.

a Temple, or a Church.

Templum, Delubrum
Baſilica, Phanum
Ædes Sacra
Tabernaculum, Sacellum.

a Tent, a Pavilion.

Tentorium, σκηνὴ
Papilio, Stativa
Tabernaculum, σκηνὴ
Nomine quoque pellium in ſacris tentoria caſtrenſia deſignantur, in prophetia Abacuc, Turbabuntur pelles terræ Madian.
Caſtra pluraliter
Domus portatilis.

a Tent to put in a wound.

Penicillus vulnerarius, quo vulnera ſtipantur
Peniculus
Turunda à Catone ponitur pro lineamento ex filis, quod in ulcera immittitur

Lemniſcum

Lemniscum, apud Celsum, pro linamento oleo vel ungueato illito
Epithema
Linamentum
Linteolum, lineus panniculus
Basilicon, apud Celium pro eodem μονόγλωσσον linteolum illud concerptum quod vulneribus inditur ad extrahendam purulentiam ac saniem, suppuratione quum jam maturuerit terro rescissa.

Thankefulnesse.

Gratitudo
Gratiarum actio
Gratia, Animus memor
Memoria, voluntas grata in aliquem.

to give Thanks.

Habere gratiam vel gratias, est animo, mentem scilicet animumque habere memorem accepti beneficii quod Græcis est χάριτας ἔχειν
Referre gratiam & gratias, est facto respondere, scilicet officiis, & satisfacere re ipsa beneficiis, & licet sæpius capiatur in bonam, in malam tamen partem ponitur, ut maleficium reddere significet
Agere gratias dicimus, & carissimè gratiam verbis, videlicet, ἀνθομολογεῖσθαι χάριν
Charites persolvere nonanti
Jungimus illi ferre semper incredibiles, magnas, maximas, singulares, immensas, ingentes, immarcessibiles gratias
Agere grates, poëticum magis quàm oratorium
¶ Cæterum accentum ferre, vel referre, tam in bonò quam in malo, est habere pro accepto, fateri se accepisse
ὁμολογεῖσθαι, ὁμολογεῖσθαι
Gratis vel gratiam summam, solidam gratiam inire

to be Thankfull.

Reponere merita
Gratias agere, habere alicui
Compensare, Repensare
Remunerare beneficium bene merenti,
Clavo trabali beneficia sua affigere
Meritas agere gratias
ἄπιστα ἀμοιβὰς
Gratias dignas pendere
Pensare, reddere beneficium
Gratiam remetiri
Parem esse beneficiis acceptis
Respondere meritis beneficiis
Persolvere, solvere beneficiis
Operam benignè compensare
Alicujus erga se benevolentiam singularibus accipere officiis
Officium officio pensare
Fricantem refricare
τὸν ξενίσαντα ἀντιξενίσαι
Beneficium acceptum ampliter repensare. Mutuam officii vicem rependere, ἀντιπλαρχεῖν
Terentius Phor. Feneratum isthuc beneficium tibi pulchrè dices, id est, cum lucro redditum conduplicatum
Benefactis pensare oblatum obsequium

That, or As.

Ut, ἵνα,
Quatenus, Quod.

a Thiefe.

Fur, φώρ
Sappilator, Clèptes
Trium literarum homo
Homo manibus aduncis & piraticis, ἁρπαλοχείλης
Fele rapacior, Rapax.
λωποδύτης Dietarius
Laurus harpua proverb.
Vulturius, apud Plaut.
Inhians præda
Qui uncis est unguibus
Lavernio Furax, Thoebris.

Felis

Felis tarreſſia Verte
Manticulator, apud Feſt.
Trifur, è gabalo lapſus, a wag halter.
Latro, Prædo, Raptor
Prædator, Pirata.

Therfore, for that cauſe.

Proin, Proinde, Ergo,
Ideo, Igitur, Idcirco
Itaque, Eadem cauſa
Illius negotii gratia
τότε ἕνεκα
Eapropter, & propterea
Eam ob rem, & res
Ea gratia, ea de re
Ea ex re
Eó & in hoc, in ſtructura orationis
Hac de cauſa, his cauſis adacti, Therefore.

to Thicken, or make Thicke.

Denſare, Condenſare
Cogere, Virg. Frigore mella cogit hyems
Conſtinare, Spiſſare
Inſpiſſare, Conſpiſſare.

Thicke, hard, cloſed together.

Denſus, Frequens, πυκνὸς
Confertus, Confertiſſima turba
Condenſus, Spiſſus
Craſſus, παχὺς
Opacus & obſcurus ad umbram verius referuntur.

to Thinke, to Eſteeme, to Suppoſe.

Inclinare, Cenſere
Putare
Exiſtimare, Conjicere
Conjecturare, Conjecturam facere
Cogitare, Autumare
Ducere, Credere
Arbitrari, Suſpicari
Reri, vide to Suppoſe.

as I Thinke.

Ut reor, exiſtimo
Ut mihi videtur
Ut arbitror, ὡς νομίζομαι
Ut ego quidem ſentio, autumo
Meo judicio
Mea ſententia, Opinione mea
ἐμοὶ δοκεῖ
Niſi me animus fallit, unleſſe, or except I be deceived.
Quantum mihi videre videor
Quantum indiciis colligere poſſum
Quantum meæ exiſtimationi ac judicio videtur.
Quantum ego ratione & ingenio conſequi poſſum.

to Thinke of, or upon, vide to Muſe.

Thin, vide Slender, Leane.

to quench, to ſtanch Thirſt.

Sitim compeſcere, deponere, pellere, tollere, explere
Relevare, Siſtere, Sedare, Extinguere, Expellere
Sitis ſorber ora'
Arentem levare unda ſitim.

to be Thirſty or Dry.

Sitire, Sitim pati, ferre, tolerare, Deferre
Siti conſumi, obrui, avida ſiti.

to Thraſh.

Frumenta pertici, excutere
Triturare, ἀλοᾶν
Greſſibus exterere
Spicas ſuſtibus tundere, Colum.
Flagellare meſſem pertica, Plin.

to

to Threaten.

Minari, ἀπειλεῖν
Ædere, jactare minas
Minitari, Comminari
Fulminare minis
Promittere, apud Virg.
Intentare mortem, Virg.
Interminari
Maximas intentare minas
Intonare minis & verberibus.

a Thrifty child.

to Thrust, vide to Foine.

to Thrust or to cast downe.

Devolvere, detrudere
Dejicere, καθαιρεῖν
Deturbare è sublimi
De sublimi ad ima rotare
Præcipitare.

to Thrust, or Put out.

Elimare, Proturbare
Liv. Pellere foras, Extrudere
Protrudere, Obtrudere
Explodere, expellere, vide to Drive out, &c.

to Thunder.

Tonitruare, Tonare, intonare, superintonare.
Movere tonitrua, Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana
Tonitrus, Tonitrum, Tonitru indeclinabile, Thunder.
Magnus ab æthereo personat axe fragor
Jupiter strepitu exterruit orbem
Magno miscetur murmure cœlum
Tonitru ciemt aër, cœlum
Tonitru tremiscunt abdita terrarum
Intonant poli
Pater omnipotens ab alto cœlo intonuit

to Tie, to Binde.

Vincire, Ligare
Revincire post tergum brachia
Injicere vinculis
Fortibus nexibus, vel loris constringere
Gravibus coërcere vinculis
Λημαδεῖν, Innectere pedicas
Compedes injicere, to fetter, or give fetters.
Adhibere vincula
ἐμπεδεῖν, Indere compedes, eathenas captivis
Compedibus vincire
Innectere manicas
Astringere actius, fortius, fortiter, vide to hang up.

to Till the ground, vide to Eare.

Time or Season.

Tempus, καιρος
Hora. apud D. Paulum
Tempestas, apud historiographos
Curriculum, apud Virg.
Otium pro tempore
Non fuit mihi otium, I had no leasure.
Ævum, αἰὼν, pro tempore longo, sicut sæculum, & ætas, Ut nostri sæculi mores, nostra ætate
Dies pro temporis cursu, apud Cic.

in good Time, vide Season.

the Time will try.

Tempus docebit
Exitus rei probabit
Tempus omnia retegens, patefaciet
Exitus acta probabit.

in good Time or Season.

Maturè, Tempestivè
Opportunè, per tempus
In tempore

to obſerve the Time. to take heed how he ſpendeth or beſtoweth his time.

Habere rationem temporis
Summa cum utilitate noſtra diem condere, Plin.
Non ſinere tempus ſine fruge fructuq; dilabi, effluere
Rectè otia ponere
Rectè ætatem ducere
Temporis enim ſumptus (ut inquit Philoſophus) parciſſimus eſt
Tempus redimere, eſt melliis collocare, quod malis ſtudiis hactenus tritum eſt.

to waſte or to ſpend Time vainly.

Bonas horas malè collocare
Otio & litteris abuti
Fruſtra tempus conterere
Sympoſiis bonas horas malè perdere
Tempus alea terere
Conferre tempus in aleam, Plin. vide to ſpend the day in vaine.

to paſſe the Time.

Tempus, diem dedücere, tranſigere, traducere, trahere, extrahere
Tempus terere, conſumere, conterere
Otium terere, agere
Dies vitæ, ætatem decurrere, conſumere
Diem conficere ſermone longo, Plaut.
Ducere horas, Virg.
Eximere diem dicendo, Cic.
Condere ſoles, apud Virg.
Conſumere longos ſoles, apud Per.
Ducere, proterere tempus
Noctes fabulis jucundiſſimis cum ætatium tranſmittere
Extendere noctem colloquiis, ſermonibus
Jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur, Plin.
Placidè traducere ævum, vitam
Ferias agere amœniſſimas
Ineptiis, nævis bonas horas malè conterere
Temporis tædium lectione fugare, pellere, levare, relevare
Fabellis tempus, diem fallere
Suffurari tempus, quis dicitur, quod rebus neceſſariis ſuccidit.

the Time weareth, or paſſeth away.

Fluxum tempus elabitur
Ætas avolat, diffluet, effluet ætas
Fallunt anni
Labuntur anni tempora
Tempus præterit, fugit
Et dies, apud Plaut. præterit
Eximitur dies me gaudente, Plin.
Tempus aſſiduo rapitur curſu
Cedit dies, apud Cic.
Abeunt, evaneſcunt, præcipiti lapſu intermoriuntur tempora
Truditur dies die, apud Horat.
Cito pede labitur ætas
Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis
Fallit tempus, id eſt, citò præterit nunquam revocabile
Dies abit inſtar euntis, currentis vel fluentis aquæ
Humanæ labuntur tempora vitæ atque anni properant
Labitur occulte, fallitque volubilis ætas.

at this Time, in this world, or as the world goeth now.

Hoc ævo, nũc.

Impro-

Inpræsentiarum, Nunc
Hac tempestate, ætate
In præsens
Hoc temporis curriculo
Hoc sæculo, Hoc tempore
Hac hominum ætate, Hodie.

at the very same Time.

Eadem tempestate
Sub idem tempus
Per idem tempus.

the Time weareth away all things.

Differendo, intercedentibus diebus vel mensibus res dicitur elanguescere, intermori
Evanescere
Venire in oblivionem res dicitur, cui tempus inducet oblivionem
Tempore ipso vanescere apud Tacitum. Et proverbium, Dies adimit ægritudinem, tempus enim omnia lenit & emollit: hinc doloris medicus tempus vulgo dicitur.
Non est dolor tantus quem temporis longinquitas non mitiget, tandemq; adimat, imo revulsum pectore.
Multis præterea rebus medetur tempus, quas nulla vi possis emandare.
Et Euripides, χρόνος μαλάξει σε
Tempus dolorem lenit
Videmus opiniones vanas, fictasq; diuturnitate extabuisse.

in the meane Time or Season.

Interim, Interea
Interea temporis, Ioci
Interdum, Obiter, In transitu
Interim dum, μεταξύ.

in Times past, or of Late.

Diebus proximè exactis
Longo ab ævo
In diebus seu mensibus prioribus, ἔμπροσθεν, Hoc longis intercedit annis, Diebus iamdudum, nuperrime, elapsis, præteritis.

in old Time.

Majorum nostrorum ætate, tempestate, temporibus quo sæculo majores nostri vixerunt, annis præcedentibus, præteritis, præterlapsis.

out of Time.

Inopportunè, intempestivè, importunè, insolitè, inopinatò, inopinanter, inopinatè.

as the Time will serve.

Tempori cedere, necessitati parere, rationem temporis habere, consulere temporibus conformare se ad temporis rationem, consilia & actiones tempore, moderari, pro temporum Statu & suscipere & deponere, ita se gerere, ut præcipere tempus videatur, ut temporis ratio ferat ac postulet
Quasi ducem in rebus agendis, & consiliarium habere tempus.

in Time to come.

Apud posteros, in posterum, in posteritatem, ævo sequenti, vide hereafter.

Timerous, vide Fearefull.

Tiranny, Cruelty.

Tyrannis, Iugum durissimum
Servitus plusquam miseria
Phalaridis imperium.

to exercise Tiranny.

Tyrannidem exercere
Pharaonica sævitia opprimere
Subditos tyrannide fatigare, deprimere
Omnium hominum sævitiam improbitatemqve supergredi.

Tired, vide Weary.

To and fro, vide Hither and thither.

Toad

Toadstooles. Mushrumps.

Asparagus, ἀσπάραγος
Corruda, Fungus
Boletus, βολίτης
Tubera & tuberes.

Together.

Simul, ἅμα, Una Pariter.
Insimul, med. correp.
Conjunctè seu conjunctim.

Toyes, trifles, vide foolishnesse.

Tokens, markes, or signes.

Signa δείγματα.
Indicia, Argumenta
Monumenta, Intersignia
Documenta, Specimina
Notæ, Vestigia
Symbola σύμβολα.

a Tole-gatherer, vide Customer.

a paire of Tongs, or pincers.

Pruniceps, forfex igniaria
Furcilla coquinaria, πυρολάβιον
Tenella, barbara dictio est, seu potius Gallica.

an ill Tongue, or a railing tongue.

Lingua virulenta, bisulca
Mordax, Maledicta
Contumeliosa. Virg.
Aspidis morsus
Venenum detractionis spirans, & apud Juven. Lingua mali pars pessima servi.

a childrens playing Top.

Trochus, Trochulus, Turbo.
Trocho lude, aleas fuge
Turbinem volvere, Trochum agitare, circumverti, ambire.

the Top or highest part.

Æditior locus, Fastigium
Culmen, Cacumen
Vertex Metaph.
Supercilium, Summitas
Verticā, Metaph.
Altitudo, Extremitas
ὕψος, ἄκρα
Apex, Iugum
Præcipitium, Ardua terrarum
Sublimitas, Celsitudo
Specula, Iuga montis.

from the Top to the Toe, vide from the Beginning to the end.

a Torch.

Tæda, Fax, Liminare
πυρσός, Funale.
Facula, a fire-brand.
Lampedion, vide a Lampe.

Torch-bearers.

¶ Daduci, λαμπαδοῦχοι, Tædiferi, faculárii, Ceroferarii.

to Torment, vide to Punish.

a Touch-stone.

Lapis Heraclitus, penult. red.
Lapis Lydius, Index, Latinè βάσανος, Cujus attritu fabri aurati vel argentum explorant, verumne sit an adulterinum.

a Torrent, a swift running streame falling from the hils.

Torrens, tis, m. g. Torrens, entior, entissimus

Torrentia flumina
Rapidus montano flumine torrens
Sternit agros
Sternit sata læta boumque labores
Ruunt de montibus amnes.

It Toucheth you very neere, vide it is your part.

a Towne or City.

Oppidum, Oppidulum
Civitas, πόλις
Urbs, qua Roma propriè dicta est voce, ad alias civitates modo detorta est.
Castellum, κώμη.

to undoe or spoile a Towne, vide to destroy.

Trace, vide Footsteps.

a Trade or manner of life.

Vitæ institutum
Vivendi ratio, modus, forma
Formula, Mores
Exercitium, Studium
Recta, optima morum compositio, vide supra Occupation.

to Traffique, to exercise the trade of Merchandize.

Negotiari
Exercere, tractare commercia mutua, negotiationem,
Inire commercia. Mercari
Mercaturam exercere, vel mercaturam.
Facere mercaturam, apud Cic. & Plaut. pro exercere,
Agere mercatum, negotiationem.
Mercimoniis faciundis rem augere, vide to Use.

Transitory, or not long during, of no long continuance.

Momentaneum
Transitorium, Caducum
Fluxum, fragile, Sal. Divitiarum & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur
Temporarium, Temporaneum
Instabile, Ruiturum
Fugax, Labile.
Jamjam periturum
Mobile, Interciturum
Interiturum, occasurum
Intermoriturum
In oblivionem venturum
Parvo tempore duraturum
Omnium enim rerum vicissitudo est, & omnia orta occidunt
Ætati, annis cedere
Ætatem ferre non posse
Diu servari non posse, qualia sunt vina nonnulla, quæ dicuntur fugientia
Et mala Persica, Plin. vocat fugacia quod durabilia non sunt decerpta, quæ facillime corrumpantur.

to Translate, vide to Change.

Traps, Gins, Snares or Wiles.

Laquei dolosi, Tendiculæ
Insidiæ,
Pediæ, Retia
Fallaciæ, Offuciæ
Tricæ, Irritamenta
Casses arcti, i. Technæ
Clandestinæ insidiæ, Transennæ,
Obsidiæ, apud Colum. Plaut.
Durateos equus, proverb.
Decipula æ, & Decipulum neut. gen.
Furtæ, apud Ovid.

to Travell or labour in vaine, to lose his Labour.

Perdere

Perdere operam & impenſam
Inanem operam ſumere, ſuſcipere
Studio exerceri inani
Fruſtra laborare, conari
Capere, pati, ſubire laborem inanem
In caſſum ſudare
Arenam numerare, metiri
Arenæ ſemina mandare
Arare litus
Aërem verberare
Operæ jacturam facere
In pertuſum ingerere dolium, apud Plaut.
Studium male collocatum iri dum video
Ludere operam
Auſtrum percellere
Penelopes telum retexere
πηλωπης ἱστὸν ὑφαίνειν
In aqua ſcribere, apud Catul.
Delphinum cauda ligare.
ἀλφῖνα σοφὸς τὴν ὐρὰν δεῖν
Scopas diſſolvere
Rem prorſus inutilem efficere
Nebulas adverberare
Piſcari in aëre
Aquam in mortario tundere
Calvum vellere
Lavare corvum, laterem
Ignem diſſecare
Æthiopem dealbare, lavare
Iſthmum perfodere
Reti ventos venari
Aquam cribro haurire, & id genus permulta alia, to labour, & ſupra, to labour in vain.

to Travell, or be in labour of childe.

Parturire, parere, Dare, Edere partus
Solvere molliter partus, liberos ſuos
Producere, in lucem dare
Educere fœtus, Reddere ventris onus
Ponere ventris onus
Ferre partus, Reddere ſemina concepta, uteri pignus.

to Travell before the time, or to bring forth young before it be perfect, in beasts we say to cast their young.

Immaturum fœdum edere
Abortire, Abortum parere
Abortare pro eodem, apud Jul. Fir.
Aborior, eris, vel iris
Abortivum, abortum facere, ἐκτιτρώσκειν
¶ Abigere partum medicamentis ἐκτίτειν, ejicere infantem in utero enectum
Coactè conceptum à ſe ſubire, Suet.
¶ Fœtum corrumpere
Et apud Phocyllidem, φθείρειν βρέφος, ἁμῦναι ἐνδὸν γαστρός
In utero fœtum corrumpere
¶ Vitia contrahere abortiva, apud Solin.

an expert or great Traveller.

Qui plura loca calcavit, quam ullus mulio perpetuarius, apud Sen.
Multum terris jactatus & alto, apud Virg.
Qui orbem peragravit omnia emenſus
Quique mali multum, multumque laborum fluctibus & bellis tulerit, Virg.
Rebus evariantibus jactatus & agitatus.

a Treaſure.

Gaza, Perſica dictio
Theſaurus, Θησαυρὸς, Græcè, quod repoſitus ſit εἰς αὔριον, i. in craſtinum
Divitiæ reconditæ, repoſitæ
Fiſcus, Ærarium ſanctius
Peculium authore Celio pro ea patrimonii parte ponitur, quam quis in numerato & ad caſus repentinos repoſitam habet, ut refert Alciatus
Gazophylacium, vel Emphica garza, id eſt, theſauri repoſitorium, Theſaurarium Auguſt. vocat.

the Lord Treasurer.

Ærariis præfectus, Ærarius
Arcarius, qua dictione Hieron. utitur in lib. Ester
Quæstor, ταμίας
Præpositus pecuniæ publicæ
Ærarii curam habens
Tribunus ærarius, Budæo dicitur
Receptor generalis
Coactores vocantur præterea, Quæstores seu collectarii
Κωλλίκτωρ
Coactionem argentariam factitare, apud Suet. pro exercere Quæstoris officium.

a Trencher.

Quadra, a broad trencher.
Quadrula
Mensa & mensula diminutivum, apud Virg. in 7.
Orbis, seu orbiculus mensarius, a round trencher.
Discus, idem.

a Trembling, vide Quaking.

a Trespasse, vide Offence.

Tribute, vide Subsidy and Custome.

to try, vide to Attempt.

Trifles, vide Foolishnesse.

Bables.

to Trim, vide to Beautifie.

Trimly, Finely, Cunningly, Workemanly.

Adfabrè, Fabrèrimè
Artificiosè, Eleganter
Quam optimè
Scitè, Scitissimè.

a Trivet.

Tripes, τρίπους, Cytrapus

to Triumph, to Brag.

Agere triumphos, Triumphare
Ovationem agere
Dicere Pæan, Dicere Io Pæan
Cantare triumphum, Pæana
¶ Et præponere gloriantes dicuntur, Proverbio, ante victoriam encomion
Ante congressum encomion vel epinicia sibi ipsis canere, & ante lentem augere ollam.

Trouble, vide Heavinesse and free from trouble.

Trouble of minde, vide Madnesse.

to Trouble himselfe, to put himselfe in great trouble.

Negotium sibi exhibere, facessere πολυπραγμονεῖν
Multis se negotiis implicare
Circa multa agere
Capere molestiam
Rebus nihil ad se pertinentibus implicari
Omni se prægravare molestia
Molestis se involvere negotiis
Sibi ipsi litium ac negotiorum materiam accersere, parare
Sibi malum conciliare
In cœlum expuere
Facere quod in proprium recidat caput
Adversus stimulum calcitrare.

Troublous, vide Ostevous, and a piece of trouble.

Throughly, vide Wholly.

a Truce.

Induciæ,

Inducia, Pax ſequeſtra
Vacatio militiæ
A bello, vel belli feriæ
ἀνοχεῖαι, ὑπογή
Pactitia pugni ceſſatio

to make Truce with Enemies.

Inducias paciſci, agere, facere, pangere, dicere, inducias bello dare
Condicere inducias, id eſt, ſtatuere, apud Juſtin.
Æquis conditionibus inducias inire, Plin.
Ab armis fœdere intercedente quieſcere
Peractis induciis
Tempus inductarum cum Gallis exierat, Cæſ. vide League.

True, one that ſaith the truth.

Verax, Veriloquus
Homo minimè vanus.
Veridicus, Oracula loquens
Verus pro veridico, apud Terent.

like to be True, or according to the truth.

Veriſimile, & è converſo
Verum ambage remota dedit
Simile veri, ἐοικός
Non veri diſſimile, Revera
Vero verius apparet
Vero conſonum
Non abhorrens à veritate
Veritati conjunctum
Haud abſurdum, ineptum, abſonum à vero, ſimillimum vero
Durant veſtigia non languide fidei, Soli.
Fama nec à veri diſſidet illa fide
Veri ſpeciem habens
Idoneum, appoſitum, aptum ad perſuadendum, πιθανον.

Truely, indeed.

Sanè, Certo certius
Certè, Certiſſime
Habet omnes in ſe numeros veritatis
Certum, vel certò ſcire
Planè, Atqui
Vere, ἀληθῶς Verum
Profecto, Vero verius
Nil certius, apud Comicos
Quovis oraculo Delphico certius
Nimirum, Haud dubio
Pro certo creditur
Quinimo, Revera,
Imo, Amen, Prorſum, Vere
Porrò, Videlicet, Reipſa
Et jam, Etiamnum
Rectè, Sanè, ita vero
Sane vero, per ironiam
Utique, γάμμα
Dubio ſine, Næ, ναί
¶ Confirmantis & obteſtantis formulæ, apud Comic. præcipue
Ita me dii bene ament, juvent, apud Terent.
Peream, Diſpeream
Ita Deum mihi propitium habeam
Moriar, Emoriar, Male mihi ſit
Ita vivam, apud Cic.

a Trumpet.

Tuba, σάλπιγξ, Salpinx
Cornu recurvum, Claſſicum
Bucca, ut ſcribit D. Hier. apud Hebræos tuba dicitur, à quo buccina diminutivum, & buccinum in neutro genere, apud Plin. κερατίνη
Concha pro buccina vel tuba, apud Virgilium & Horatium
Æs pro tuba, ex ære, apud Virg.
Signum, Signa canant apud Mart.

to ſound the Trumpet.

Clangere, κλάγξαι
σαλπίζειν, Signum dare
Datur Signum buccinæ, Cic.
Buccinare, Ære ciere urſos. Virg.
Clangore buccinæ militum animos confirmare.

to Trust.

Fidere, Confidere, Niti Thesea fide
Credere. Fidem habere
Spémque fidémque locare
Fretus sum, pro fidem habeo.

Trust no body.

Nemini fides habenda est, nusquam tuta fides, humanis mala est fiducia rebus, sapientiæ & consilii est, nemini res nostras credere, committere, nemini plane confidere.
Nullius in fide omnia statuere, ponere, collocare.
Quis est quem tibi fidum præstare possis, cujus incerta, dubia, infirma, fluxa fides non sit?

Trusty, vide Faithfull.

I Trust, vide I Hope.

to speake the Truth.

Veritatem exprimere, edicere, libera voce depromere, denunciare, citra adulationem prodere, ἀληθεύειν, Veritatem proloqui
Verum dicere, alloqui, nec celare
Moses dissyllabum, apud Hebræos Mosèh, interposito y nonnunquam in carmine trisyllab. Moyses, apud Sedul.
Hebraicus legislator, qui Genesin, mundi geniturarum conscripsit
Inclytus Iudæorum dux
Prophetes sacer, eximius, deiloquus, fatidicus, radiatus.

Musæ.

Musæ, μοῦσαι, quæ & Camenæ quasi canentes amœnè, Jovis & Memoriæ filiæ finguntur Poetis quæ quidem artes & poeticæ & musicæ præsunt. Et variis locis, montibus & fontibus quibus gaudere dicuntur, vel habitasse diversa sortitæ sunt nomina. Ab Heliconè monte Bœotiæ, Heliconides, à Parnasso Parnasides. Mnemosynides, Mnemosinea propago, Meonides, Phœbeiades. Aganippides, Permessides, Cephisides, Camenæ.
Pieriæ & Pierides, Thespiades, Pegasides Hippocrenides, Cytheriades, Aonides, Castalides, Libethrydes, Pompliades seu Pymplææ.

Nomina & earum inventa sunt hæc.

Clio	Historias
Euterpe	Tibias
Thalia	Comœdias
Melpomene	Tragœdias
Therpsicore *Invenit*	Psalterium
Eratho	Geometriam
Polyhymnia	Rethoricam
Urania	Astrologiam
Calliope	Literas

Mysi.

Mysii, Theutratæi, Theutranii.

N

Napææ.

Napææ Deæ sive nymphæ virgultorum
Orcades montium deæ seu nymphæ
Naides fontium & fluviorum nymphæ sive deæ.

Nasamones.

¶ Nasamones penult. prod Nasamonii, Nasamoniaci. Libyæ populi.

Naxus.

Naxus insula in mari Ægeo, antea Strongyle dicta & postea Dia fuit appellata. Catul. Namque fluentisono prospectus Naxus ab Dia. Pli. Naxon à fertilitate vinearum Dionysiam dici scripsit, alii Siciliam minorem, alii Callipolin appellarunt. Virg. Bacchatamque jugis Naxon viridemque Donysam.

Neapolis.

Neapolis, ad mare sita, præclara Campaniæ urbs, à Cumanis condita.
Siciliæ

Siciliæ continentis jam civitas regia, dicta quoque Parthenope, quæ olim vocabatur Phaleron. Hinc dicti Neopolitani, Parthenopęi.

Neptunus.

Neptunus filius Opis & Saturni, dictus Ennosigęus, quasi concutiens terram. Juven. Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigęum
Æquoreus, tridentifer deus
Maris deus, rex, rector Glaucus, pater profundi, Parens aquarum, Hesio, Salsipotens, Cæruleus
Arbiter pelagi, Pater ventorum, Hor. Pelagi rector
Rex undarum pro mari ponitur Neptunus, ut Cærulei campi & Cærula via à Plauto ponitur, Cic. in Arato Neptunia prata secantes.

Nestor.

Nestor Nelei filius facundissimus, trecentos fertur vixisse annos
Hinc dictus Neleius tetrasyl. & Nelides, Ter ævo fructus, Horat.
Trifœclis apud Gellium: Pilius senex Grandævus.

Nicia.

Nicia, & Niccæa, Asiæ ac Bithyniæ metropolis celebris synodo, 318. Episcoporum jubente Constantino coacta, prius dicta Antigonia & Ancore, *δίκωμα* teste Ste.

Nilus.

¶ Nilus, Meloprius, & à quibusdam Geon seu Gion dicitur, septem habens ostia.

Ninive.

Ninive, med. correp. Urbs Assyriorum quæ & Ninos dicitur, à Nino rege, ut scribit Aug. ab Assur ædificata.

Noe.

Noe, Hebraice, Nehe, Ustatior Noeus.

Normania.

¶ Normania, Neustria, Galliæ regio, hinc Normani, Neustrici.

Nympha.

Nymphæ aquarum, Marinæ deæ Æquoreæ, fluctigenæ, Oceanitides
Cerulæ, Cæruleæ
Glaucæ, Nereïæ quatuor, Sil.
Nercia turba, Sil. Nerinæ Derides.

O.

Oceanitides.

Oceanitides, Mant. Nereides. Vide montium, sylvarum, fontium deæ.

Occidentales.

Occidentales, Occidui, Ovid.
Vesper & Occiduus quæ littora Sole repescunt. Tartessii à Tartesso urbe Gadibus propinqua
Ovid. lib. 14. præterat occiduus.
Tartessa littora Phœbus
Tartessiaci. lib. 6. Jam tartessiaco quos solverat æquore Titan.
Hesperii.

Œnone.

Œnone, Nympha Phrygiæ, quæ Paridem adamavit, Pegasis etiam dicta.

Opiuchus.

Opiuchus, cœleste sydus est. Anguitenens, Serpentarius, Hedorum sydus.

Orestes.

Orestes, filius fuit Agamemnonis, ex Clytemnestra quam occidit
Dictus Agamemnonides, Agamemnonis, & Agamemnone natus
Sceleratus, matricida, demens, furiosus, Virg. Et scelerum furiis agitatus Orestes.

Orientales.

Orientales

Orientales, Eoi Aurorae populi
Memnonii à Memnone Aurorae filio
Nabathęi à Nabathea regione orientali, Ovid. l. 11. Meta. Eurus ad auroram, Nabathęáque regna recessit.

Orion.

Orion, ὠρίων, quasi Urion sydus cœleste, Jugula seu Jugla
Tempestuosum signum, terras turbans & maria tempestatibus, fr obscurum sit, serenitatem denotans si fulgeat
Eurifer fingitur poëtis, nymbosus, aquosus. Neptunus, & nauris infestus Orion, Horat.
¶ Oriens, Occidens, quęre inter Synonyma priora, *East and West.*

Ovidius.

Ovidius, Naso
Poëta Sulmonensis
Juvenis Pelignus. De ſeipſo ſcribit Ovid. Pelignæ gentis gloria dicar ego.

P.

Padua.

Padua, Patavium.

Padus.

¶ Padus, Eridanus, Phaetontius amnis à Phaetonte ibidem submerso. Syllius lib. 7. Nunquam Phaetontius amnis Sanguineâ Pontum curvasset decolor unda, Vide *Eridanus.*

Padusa.

Padusa, med. prod. Messanicus Bodincus, vide causam horum nominum, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

Palamedes.

Palamedes, Nauplii regis Euboeæ filius, unde Nauplides & Nauplęa Proles dictus. Is Ulyssis fraude à Grecis interfectus est.

Palemon.

Palemon, Melicerta Portunus.

Pallas.

Pallas, belli dea dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit, cum prius Tritonia vocaretur, Jovis sive matre filia, nam Jupiter videns Junonem sterilem esse, percusso capite emisit Palladem
Ejus Epitheta sunt, Armipotens, Bellipotens, Armifera, Bellicosa, Armisona, Bellica, Belligera, Bellatrix.

Pan.

Pan, Pastorum deus vocatus est, & Demo Gorgonis filius creditur fuisse, qui fistulam composuit septem imparibus calamis simul conjunctis propter harmoniam cœli
Semicaper deus, Arcadius deus.

Pannonia.

Pannonia superior, Austriam archiducatum & Stiriam complectitur
Pannonia inferior. Pannonis nunc Hungaria, Grecis *Ungria.*

Panope.

Panope sive Panopeia nymphia marina, Nerei & Doritis filia, sic dicta, à Perspicuitate visus. Ino, oos. Bacchi nutrix, Tithonis conjux.

Papia.

Papia, Ticinum.

Paradisus.

Paradisus *παραδεισος.*
Hortus voluptatis
Elisium, & campi Elisii, secundum poetam
Locus divinæ amœnitatis Beatorum

Beatorum, piorum ſedes ac locus, Cic.
Eden & Pærdis Hebraicè, unde quidam paradiſum deduci putant. Nam Eden deliciæ vel voluptas interpretatur, pro quo Symmachus tranſtulit Paradiſum florentem, Aquila, hortum.

Parca.

Parcæ, μοῖραι, à parcendo per Antiphraſin dictæ, quod nemini parcant
Deæ fatales, fatidicæ, Faticinæ ſorores, Deæ faticanæ, Deæ triplices fati. Fata eſſe eaſdem exiſtimant. Pinguntur autem vitæ hominum prætelle, & nendo eam ducere, quapropter Lanificæ ſorores vocantur Mar. Si mihi Lanificæ ducunt non pulſa ſorores Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos
Nigræ, Stygiæ, immites, ſeveræ, invidæ, triſtes ſorores, rapaces, feræ, impiæ, parcæ
Parcarum nomina, Clotho, Lacheſis, Atropos.

Pares.

Paris alio nomine Alexander, Priami ex Hecuba filius, in Ida monte à paſtoribus educatus, & poſtea in Græciam miſſus à Menelao, Helenam rapuit, unde Helenæ raptor Paſtor & Adulter Idæus eſt dictus.

Parthi.

Parthi, Parthii, Parthei
πάρθοι. πάρθιοι, παρθαῖοι. populi cujuſdam regionis Aſſyriæ.

Patroclus.

Patroclus, Menœti & Sthenelæ filius cum Achille educatur, & cum eo ad expeditionem Troianam profectus, & Achillis armis indutus cum Hectore pugnans, ab eodem confoſſus occubuit. Actorides Menœtiades & Menetia proles dictus.

Paulus.

Paulus teſte D. Hier. mirabilem ſonat, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Si Græca vox, quietem ſonat à verbo παύομαι, ſin Romana, puſillum ſignificat.
Doctor Tharſenſis quod ex Tharſo Ciliciæ oriundus
Apoſtolus, ſeu doctor gentium
Summus vitæ mortalium magiſter
Organum electum. Vas electionis ſacræ, Veritatis præco
Sapiens fidei architectus
Saulus dictus ante converſionem
Religionis veræ ac pietatis architectus.

Peloponneſus.

Peloponneſus, quaſi Pelopis Inſula eſt, Achaiæ regio, Apia prius appellata, Arx Helladis, ac Argos, vero Morea.

Penelope.

Penelope πηνελόπη. Ulyſſis uxor & Icari filia, hinc dicta Icaris, idos, Ovid. Et velut Icaridos famulæ perîêre, protique, & Icariotis, apud Propert. incorruptæ caſtitatis ac pudicitiæ.
Ainea prius vocatur.

Pentheus.

Pentheus triſſyl. fuit filius Echionis regis Thebarum, ob contemptum ſacrorum Bacchi à matre interfectus
Echionides à patre denominatus, Ovid.
Spernit Echionides, & alibi
Contemptor ſuperum Pentheus Echione natus. Agenorea proles.

Perſeus.

Perſeus, diſſyl. in nominativo, fingitur converſio in auri guttam Jove, Natus ex Danae filia Acriſii regis Argivorum. Hinc dictus Danaes natus. Abantiades.

Danais

Dancia propago, Mant.
Danaëius heros, Ovid.
Scenobius, Abantius heros, Sid.
Inachides, & Inachius, Claud.
Inachius rubro perhibetur æquore Perſeus Neptuni
Acriſioniades dictus ab avo Acriſio Argivorum rege, Ovid. & Meduſæ victor.

Perſia.

Perſia, Perſii, idos ωνος, & Perſida, æ, Perſidis ora, regio orientalis Medis contermina, cujus primus Rex Cyrus, Man. Perſidis ora divitibus gemmis fulvóque ſuperbiat auro.

Perſæ.

Perſæ, Perſici dicuntur Gazetici: nam Gaza Perſarum eſt opulentia Sid. Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia Falerna
Perſæ etiam dicuntur Achæmenei & Achæmenidæ, ab Achæmene rege Perſarum ditiſſimo
Arſacidæ quoque dicti, ab Arſace primo Perſarum rege, Lucan. lib. 1. Illa plus vobis acie quam creditis actum eſt Arſacidæ
Mantuanus: Pelle juventus, Arſacidas expugnat adhuc.

Peſtum.

Peſtum Lucaniæ oppidum aliter dictum Poſſidonis, authore Plin.

Petrus.

Petrus primus ſeu princeps Apoſtolorum. Chori duodeni primas, Cephas Chaldaicè ſive Syriacè ut D. vult Hier. à Cepha, i Petra, vel ſaxum qui prius vocabatur Bariona, i. filius Ionæ ſive columbæ ac Simon.
Claviger æthereus, cœleſtis, ſenex
Sabel. Clavigerum ſenem
Hamiger, id eſt, piſcator, Porrigit hamigeri defore penſa ſenis.

Phaſianæ

Phaſianæ, Phaſidis aves, à Phaſi fluvio Colchorum.
Phaſiaci alites.
Phaſiæ, Scythiæ volucres, apud Juv. & Stat. A Scythico miſſas Phaſidis aptat aves.

Phaeton.

Phaeton Solis & Clymenes fingitur filius, Ovid. Sole ſatus Phaeton
Puer, ſeu filius Clymenes, Bap. Non ſecus ac Clymenes, erret in axe puer. Clymenia proles, Ovid.

Phaetontiades

Phaetontiades ſorores Phaetontis, quas verſas in populos ſeu alnos ferunt, Flebant populeæ juvenem Phaetonta ſorores
Clymenides dictæ & Heliades. Ovid. Sic flevit Clymene, ſic & Clymenides altæ.

Phædra.

Phædra, regis Minois filia, ex Paſiphae conjuge, unde Paſipheia & Paſipheia filia dicta eſt.

Philocretes.

Philocretes Peantis filius & comes Herculis, quamobrem Pœantiades
Pœante ſatus & Alcidæ comes eſt dictus.

Philoſophi.

Philoſophi, prius dicebantur Sophiſtæ. Cæterum deinde pro locorum doctrinarumque qualiter diverſa fortiti ſunt nomina.

Græcis

Græcis Philoſophi, id eſt, ſapientiæ amatores dicti, & σοφοὶ, id eſt, ſapientes inter quos turbium ſectæ fuerunt diverſæ, diverſorumque, nomenclaturis hominum diſtinctæ utpote Stoici à porticu, cujus ſectæ author Zeno Philoſophus, Cratis auditor, unde prius dicti Zenonii

Cynici ab Antiſthene ſeu Diogene

Peripatetici, ab Ariſtotele deambulatore

Academici, qui etiam ſunt Platonici, utpote Platonem ſequentes

Socratici, a Socrate denominati

Pythagoriſtæ qui Pythagorei & Pythagorici, a Pythagora dicti

Cyrenaici, ab Ariſippo Cyreneo, qui & Epicurei ab Epicuro qui voluptatem ſtatuit ſummum bonum

Pyrrhonii quos Græci σκεπτικοὺς id eſt, contemplatores, ἀπορητικοὺς, i. ambigentes, vocantur à Pyrrhone nomen habent

Nudipedes, γυμνοσοφισταὶ

Eretriaci à Menedemo inter Socraticos Phædri diſcipulos

Apud Perſas olim Magi nomen erat honeſtum, idem quod ſapiens, vel Philoſophus

Apud Gallos Druidæ, vel Driiadæ, Sylvam inhabitantes in æſtimatione erant

ἡσυχασταὶ

Brachmanes & Samanei, apud Indos ac Gymnoſophiſtæ.

Apud Ægyptios, Prophetæ, Sacerdotes, Latinis ſapientes

Aſſyriis Chaldei dicti ſunt à regione

Hebraicè autem metaſephim appellantur ſapientes omnes orientales quorum mentio Danielis primo & ſecundo, Cic. teſtatur Pythagoram primum modeſtiæ gratiæ non ſophũ, ſed Philoſophum voluiſſe appellari.

Phœci.

Phocæi, Phocenſes, Phocaici, Cirthæi, Caſtalii.

Phœnix.

Phœnix unica avis in Arabia, Soli ſacer, unde dictus Titaneus & Soligena Bap Malo ego Soligenę Phœnicis fata ſubire

Alumnus Phœbi

Avis ſolis

Grangeticus, Aſſyrius volucris.

Titaneus ales, Claud. Hęc fortunatus nimium Titaneus ales, Regna colit. Unicus, longævus, vivax, nobilis.

Pictones.

¶ Pictones, Pictavienſes, Pictavi Galliæ populi.

Pirythous.

Pirythous, vel Perithuus, πειρίθους filius Ixionis, Borboneus, Perithoum eſt Theſeus, Pylademque ſequutus Oreſtes. Inter eos tantus fervor amoris erat

Dictus patronymico nomine Ixionides, Ovid. Hęc Ixionides ille

Threzenius heros

Ixione natus.

Pittacus.

Pittacus med. corr. Philoſophus Leſbius, Sophiſtes Leſbius. Lesbo ſatus. Sido. Noſcere quod tempus

Lesbo ſate Pittace ſuades, Alii Mityleneum fuiſſe ſcribunt.

Planetæ.

Planetæ, πλάνητες

Errones, Errantia ſydera

Errones, Erraticæ ſtellæ.

Plato.

Plato Ariſtonis filius, πλάτων, Philoſophus

Ioſophus à latitudine humerorū ſic dictus, Horat. Pythagoran Anitique rerum doctumque Platona. Antea ex avi paterni nomine Ariſtocles vocabatur Athenis natus, unde dictus Cecropius, Mant.

Cecropii interdum dulces inviſere chartas. Adeò in omni diſciplinarum genere & præſertim in Philoſophia excelluit ut divinus Plato, Philoſophorum Homerus vocatus ſit.

Plautus.

Plautus, Farcinas natione, poëta Comicus, ab initio appellatus Plotus teſte Feſto, à pedum planicie quos Plotos Umbri vocant. Diſertus, Iocoſus, antiquus, Antiquum verbis Plautum revocare facetis.

Pleiades.

Pleiades πλειάδες, ſignum ſtellarum ſeptem ante genua Tauri ἀπὸ τῦ πλεῖν, i. pluere Latine Virgiliæ dicuntur, quod vere exoriantur. Aliquando eſt tetraſyl. Propertius. Non ſic Pleiades faciunt nec aquoſus Orion, aliquando abjicitur e, ut primum corripiat. Stat. Pliadumque nivoſam

Athlantææ dictæ, Ovid. & Athlantides filiæ Athlantis, imbriferæ. Pluviæ triſtes, nubilæ.

Pluto.

Pluto πλούτων, Saturni fertur filius: Jovis ac Neptuni frater, Hinc dictus, Saturnius, Ovid, Haud ultra tenuit Saturnius iram. Umbrarum rex. Dux Erebi. Tenebrarum præſes. Diis ditis, Tartareus, Orcus, Stygius, Lethæus.

Avernalis rex, tyrannus, Vocatus quoque Vãjovis, Mart. Generque Cereris, Juven. Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere cuncti Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni, Tortor umbrarum immanis, Adamantinus, ſeverus, Ater, Funeſtus, Tenebroſus.

Poëta.

Poëta, ποιητὴς, Vates
Divinus, Fatidicus
Elegantia fingens, ſcribens, componens carmina
Liquore Pegaſæo ſaturatus
Divinorum oraculorum interpres
Interpres Apollinis, Deorum
Qui in bicipiti Parnaſſo ſomniavit, Perſ.
Aonios colens receſſus
Caſtalio fonte potatus
Caſtalia natus dea
Sacra redimitus tempora lauro
Cujus Ambroſio frons nectare fuſa eſt, atque Helicone ſacro laverit amne comam
Arida cujus Cliorio ſitis amne levatur. Natura ipſa inſtructus ad poëticam facultatem
Aoniæ gloriæ ſumma chelys
Divino correptus furore
Divino numinis afflatu concitatus
Interpres divinæ mentis
Cui frondes pandit Cirrha ſuos, ampliori vena Piari fluunt liquores
In cujus pectus Maronis anima demigraſſe creditur
Qui frontem habet hædera virentem lequaci
Daphnei de fronde vel myrto cinctum habens caput
Cujus Pernaſſia lambit tempora Daphne.
Eloquio vincens Ciceronem, carmine Homerum, Muſarum alumnus
Muſarum aves, Theocrito dicuntur Poëtæ quod aſſidue ſua modulentur carmina.

Pollux

Pollux.

¶ Pollux, vide Castor.

Polymneſtor.

Polymneſtor, & in litera circa in carmine Polymneſtor, rex fuit Thracum, Propert. Et ſcelus accepto Thracis Polymneſtoris auro
Iſmarius rex vocatur, Ovid. & Odryſius, id eſt, Thracius.

Polynices.

Polynices, filius Oedipi Thebanorum regis, hinc Oedipodionides vocatur Statio lib. 1. Theb. Oedipodionides, furtim deſerta pererrat
Iſmenius & Cadmenos heros
Echinnius juvenis.

Polyphemus.

Polyphemus ingenti corpore Neptuni filius, unus ex Cyclopibus unoculus ab Ulyſſe exceçatus, ut fertur. Ennæus dictus ab Enna Siciliæ urbe.
Ætnæus quoque ab Ætna monte, in quo Cyclopes recluſi
Neptunius incola rupis, Terribilis, trux, ferus, cæcus. Siculus.

Polyxena.

Polyxena pen. cor. Priami & Hecubæ filia fuit formoſiſſima, Catul. Alta Polyxena madeſſens cæde ſepulchra
Virgo Priameia Virg. vocatur lib. 3. Æneid. O fœlix una ante alias Priameia virgo.

Portugallia.

Portugallia, Luſitania.

Portunus.

Portunus deus portuum, Palemon Athamantiades, Melicerta.

Priamus.

Priamus filius Laomedontis pulcherrimus, Homero teſte
Laomedontiades dictus, Virg. Laomedontiadem, Primum Salamina petentem
Senex Dardanius vocatur, Ovid.
Dardanii lacrymas non tulit ille.

Priapus.

Priapus med. prod. filius Liberi patris ac Veneris fingitur hortorum deus
Lampſarides, & Lampſacenus dictus quod in Lampſaco Helleſponti urbe coleretur, Virg. in Geor.
Helleſponſiaci ſervet tutela Priapi, Verpus quoque dictus ab inverſa pelle, Salax, rigidus, procerus, ruber. Helleſponticus deus.

Prometheus.

Prometheus προμηθεὺς, pen. prod. à providentia ſic dictus, Iapeti filius unus ex Titanibus ignem è cœlo furatus eſt. Quinti, Romanique aderit pagina Callimachi, blandus, laſcivus, facundus.
Iapetionides dictus, Cod. Iapetionides hoc vulnere turpidus
Iapeto ſatus, Ovid.

Propertius

Propertius ex Mevania Umbræ oppido oriundus. Elegiographus, quod Callimachum in ſuis operibus ſecutus. Callimachus Romanus vocatus eſt. Quinti, Romaniq; aderit pagina Callimachi, blandus, laſcivus, facundus.

Proſerpina.

Proſerpina dicta à Proſerpendo, Perſephone, Græcis Jovis ex Cerere filia, quam Pluto in uxorem rapuit in Sicilia Perſei filia
Erebi regina, Plutonia conjux

Tartarea, Phlegetontæa, Perſephones
Dea triformis, Triceps
Stygia dea, Nigri Jovis invida conjux,
apud Pon. Regina Erebi
Proſerpina, teſte Æg. eademque Luna.
Libera, Diana, Lucina, Trivia, Hecate
& Noctiluca.

Proteus.

Proteus Oceani & Thetidos filius,
Deus & vates marinus
Vertumnus Latinis dicitur
Carpatheus vates (quod aliquando in
Carpatho inſula regnavit) dictus,
Virg. Eſt in Carpatheo Neptuni
gurgite vates Ceruleus Proteus
Mutans vultus: Hor. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo
Æquoreus, ſcoleratus, ambiguus, miſerabilis.

Proteſilaus.

Proteſilaus unus ex Græciæ Principibus, Latinis ſonat primus mortuus.
Auſo. Proteſilae tibi nomen fic fata dederunt, Victima quod Trojæ prima futurus eras. Philaceus heros, Iphiciades, Iphicenatus, Philacides dictus à Philace.
Theſſaliæ oppido, Ovid, Triſtia Phylacide Theſites funera vidit
Hæmonius vir apud eundem.

Pruſcia.

Pruſcia, Prutenia, Boruſſia olim
¶ Bruteni, Bructeri, Beruſſii, qui olim Cothones dicebantur.

Ptolomeus.

Ptolomeus Lagus, Ægypti & Aphricæ, nec non Arabiæ, pro magna parte rex poſt Alexandrum Macedonem
Tyrannus Niliacus, & Pharius à Pharo inſula Ægypti, Luc. Phario ſatis eſſe tyranno. Quod poterat, Ab hoc deinceps Ægyptii reges Ptolomæi ſunt appellati, ut Romanorum Auguſti, Perſarum Arſacidæ, Athenienſium Cecropidæ.

Puteolani.

¶ Puteolani Dicarchæi à juſtitiæ adminiſtratione: Sil. lib. 8. Prole Diarchæa multo cum milite Graia.

Pylades.

Pylades, filius Strophæi Phocenſis, Phoceus juvenis dicitur, Ovid.
Adfuit inſano juvenis Phoceus Oreſtæ
Strophio natus, fidus, Hæmonius.

Pyracmon.

Pyracmon unus Cyclopum Vulcani miniſter, ab igne & incude quæ Ἄκμων Græcis dicitur nomen habens, Virg. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro Brontes ac Steropes & nudus membra Pyracmon
Æmonides Ovid. dicitur. Durus, ferrugineus, flammeus, ſemper olens, oculis & nare igneus nuduſque membra Pyracmon.

Pyrrha.

Pyrrrha, uxor Deucalionis & Epimethei filia, hinc dicta Epimethis, Ovid.
Inde Prometides placidis Epimethida dictis, Mulcet. Tyrania quoque dicta. Ovid.

Pyrrhus.

Pyrrhus Latinè flavus ſive rufus, fuit Achillis filius
Achillides hinc dictus, Ovid. Pirrhus Achillides animoſus imagine patris, & Achilleus heros
Æacides Pyrrhus Mant.
Scyrius juvenis, apud Senec.
Pelaſgus,

Pelasgus, Graius ferox
Neoptolemus antea dictus, authore Serulo.

Pythagoras

Pythagoras. Philosophus Samius, filius Demarathi locupletissimi negotiaris
Panthoides ab Ovid. dictus Celeber Samiæ telluris alumnus, Divinus, doctissimus.

Q.

Quintilis.

Quintilis mensis, ideo dictus est, quod ordine sit quintus à Martio, qui apud Romanos sicuti apud Hebræos, Ægyptios & alias nationes, primus anni mensis erat, sed postea in honorem Julii Cæsaris dictatus Julius, Ἰούλιος appellatus est, fervidus, æstifer, μεσαγείτνιος Græcis quoq; dictus.

R.

Remus.

Remus frater Romuli, à quo interfectus, fratres autem Martigenæ non sunt sine crimine nati, & Iliadæ Ovid. Iliadæ fratres jura petita dabant.

Rhadamanthus.

Radamanthus Jovi ex Europa filius & rex Lyciæ & unus judicum inferorum cum Minoe & Æaco
Agenoriedes dictus Mant. Qualis Agenoriedes dictus Lycia Radamanthus in ora. Juridicus, inexorabilis, vide Minos.

Rhagusium.

Rhagusium Dalmatiæ civitas, prius dicta Epidaurus.

Rhamnusia.

Rhamnusia dea fortunæ, Nemesis dea cæca Rhamnusis, idos, Cic Sors.
Norica dea, Dea instabilis, bifrons, inconstans, lubrica, fallax.

Rhenus.

Rhenus & Rhenum, nobilis fluvius ex Alpibus oriens, hinc dictus Appennigena, Mantu Appenninigenæ propè saxea flumina Rheni. Belgas à Germanis dividit duobus ostus in Oceanum septentrionalem influens. Virg. Extremique hominum Morini, Rhenúsque Bicornis, Hor. aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus, Teutonis amnis, gelidus, glacialis, tumidus, saxosus, bifidus.

Rhesus.

Rhesus filius Strymonis Thraciæ rex bellicosus
Odrysius dux Ovid. Exigit Odrysii facta cruenta ducis. Thrax, Threicius, Sythonius.

Rhodus.

Rhodus civitas & insula inter Asiaticas tertia, quos Lesbus & Cyprus sint majores
Ophiusa, ὀφιοῦσα, per duplex ſſ ante vocabatur, & Æthrea, deinde Stadia, postea Telchin. Insula Solis Carthe, Aurificis quondam ditata est, Insula solis, hinc dicta Phœbeis, & Phœbea, Ovid. Phœbeámque Rhodon, & Ialysios Thelchinas. Nunquam enim cœlum tam nubilum est, teste Solin. ut in Sole Rhodos non sit.

Rhuetheni.

¶ Rhutheni, Russi, Rasciani olim & Ruthones.

¶ Ruſſia, Rutenia.

Roma.

Roma, Urbs proprie per Antonomaſiam, Regina urbium
Romulea urbs, Valentia prius vocata à robore, quod Græcis Ῥώμη
Urbs Quirinalis, Martigena, bellicoſa, ſuperba, Latialis, potens, Martia, Auſon. Martia Roma triplex equitatu, plebe, ſenatu
Cœli vicaria, Mant. quo Italia exultat cœlique vicaria Roma
Roma ſepticollis quoque dicta à ſeptem collibus, Urbs æterna dicitur, Suet. Urbis ab æterne, Urbs togata à Prudentio.

Romani

Romani, Romulei
Romuli, Romulidæ
Æneade ab Æneâ
Iuleiab Iulo, Lucan. lib. 1. Phrygiique penates Gentes Iuleæ
Latiales, Romulares, Turba Quirini
Quirites, Romuli gens antiqua, Catul.
Gens Romulea, togata
Trojugenæ, apud Livium, quod ex reliquiis Trojæ
Dardanii, rerum domini, Virg.
Romanos rerum dominos gentémque togatam
Celeres, Troſſuli, Flexanimes.

Romulus.

Romulus, Ῥωμύλος Martis & Iliæ filius. Romanæ conditor urbis, frater Remi, primúſque Romanorum rex. Dictus autem eſt Quirinus, à Quiri haſta, qua aſſidue utebatur. vel quod Cures vicerit, Sil. Armiferi ſacra Quirini
Martigena, id eſt. Marte natus, Mavortius, Auſonius, Romanus, potens.

S.

Saba.

Saba civitas regia Æthiopiæ, quam Cambyſes Meroen denominavit, hanc Nilus circundans inexpugnabilem reddebat, & quia thus mittit Thuriſera appellata. Item Panthea, Panthaica & Sabea tellus, Incolæ, Sabæi, Thuriferi gens dicuntur.

Sabini.

Sabini, qui Sabelli, Sabellici, Sanitéſque, antiquiſſimi ſunt Italiæ populi indigenæ atque Aborigines.

Sagittarius.

Sagittarius, ſignum cœleſte, Chiron.
Phillyrides Arcitenens, Saturnigena Doctor Achillis
Phillyrius heros, ſagittifer, ſemivir, Virg. Semivir arcipotens ſubit & Capricornus aquoſus.

Salamin.

Salamin, ſive Salamis, σαλαμὶς, & Salamina, inſula in Euboico mari, contra Athenas ſita, in qua urbs ejuſdem eſt nominis
Hinc Salaminii & Salaminiaci.

Salmacis.

Salamacis fons in Caria juxta Halycarnaſſum, Dictus Venereus.

Salomon.

Salomon, Hebraica dictio, per *s* in prima ſcribitur, & interpretatur pacificus, Davidis & Berſabæ filius
Rex Solymus, ſeu Hieruſalem, Mant. Qualis erat feſtis gradiens ad templa diebus, Splendidus & Salomon ſpectabilis auro. Polit. Mentis opúmq; potens Salomon ſapientiſſimus habitus.

Salmoneus.

Salmoneus.

Salmoneus, σαλμωνὺς, filius cujuſdam Æoli regis ventorum, atque Flidis rex. in qua ſcilicet regnavit, Virg. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas. Dum flammas Iovis & tonitrui imitatur olympi

Æolides, filius Æoli, Mant. Currúque volanti, Æolidem aggreſſum tonitru.

Samos.

Samos, Inſula in mari Icario, dicta Iunonia, i. ſacra Iunoni, Ovid.

Et jam Iunonia læva parte Samos fuerat, ac Threicia, Virg.

Threiciámque Samon, quæ nunc Samothracia fertur

Parthenia prius nominata, ut ſcribit Varro, fœcunda, illuſtris, pulchra, Vetus.

Samothracia

Samothracia, ut aliqui ſcribunt prope Thraciam, cum urbe ejuſdem nominis inſula eſt

Dardania prius dicta & Leucoſia

Gentile Samothrax & Samothracius.

Sara.

Sara Abrahami Patriarchæ uxor, à domino Sarai vocata, Iſaac mater

Iſacipara, Mant. Gentilis Iſaciparæ quæ uſurpat nomine Sarræ.

Sardinia.

Sardinia, Inſula in mari Liguſtico, à Sardo Herculis filio ſic dicta, cum prius Sandalictes ab effigie ſoleæ appellaretur, & Ichnuſa, à ſimilitudine veſtigii, Syl. lib. 17. Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis. Mox Lybici Sardus generoſo ſanguine fidens Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terræ

¶ Hinc Sardi, Sardoi, Sardonii, Sardonienſes. Et à præcipua civitate quod Iole à priſcis vocabatur Iolenſes.

Sarmatæ.

Sarmatæ, vel Sauromatæ Scythiæ populi, vagi plerumque domicilia mutantes, plauſtris pro domibus utentes, paſcunturq; lacte equino, unde eos, ἱπποπολγοὺς equorum mulſores, & γαλακτοφάγους lacte veſcentes vocant

Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobii Ptolomæo dicuntur, nunc vulgo Poloni, Tartari, Lituani, & Pruſſi, Vide Moſchi.

Saturnus.

Saturnus, κρόνος, filius fuit Cœli & Veſtæ

Leucadius falcifer & falcitenens deus Ponti, Miratus & ipſe Falcitenens deus

Falciger falcatus, Pomp. falce potens feriet Saturnus, Triſtis, profugus, ſenex, Sterculeus à Romanis dictus propter inventum ſtercorandorum agrorum.

Scorpio.

¶ Scorpio, & Scorpius, σκορπιος Nepa, Nepes

Octopes, Ovid. ὀκτόπους, Venenifer, ardens, dirus, mortifer

Mant. vel acuto mortifer ungue Scorpius

Eſt quoque ſignum cœleſte.

Scylla.

Scylla Phorci fingitur filia, ſaxum eſt reddens mare Siculum importuoſum, plerumque periculis

Nereia virgo dicitur, Ovid. Illam non avidis canibus Nereia virgo

Phorcis vocatur Fausto, ipsáque Circæa versa est medicamine Phorcis. Immanis, vorax, rapax, impia, latrans, Mant. nunc vada latrantis Scillæ, nunc ora Charybdis.

Scythia.

¶ Scythia, Europæa, σκυθία Septentrionalis regio, à Scytho Herculis filio (ut inquit Hieronymus) ita dicta

Mœotis ora vocatur à Meotide palude.

Scythæ.

Scythæ, Scythici, Septentrionales populi

Nomei prius dicti & Magogæ, teste Josepho, à Magog filio Japhet. Arimaspi Agathusi, Geloni

Ripheï à Ripheis Scythiæ montibus, Virg. lib 2. Geor. Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro,

Mœotii & Mœotici, à Meotide palude, Hyperborei

Tanaitici à Tanai fluvio, Sidon

Telluris Tanaicum rebellem

Bosphorani à Bosphora Thracio Sidoni, Plaudentes stupuere Bosphorani

Borysthenidæ, ab ejusdem regionis vino Boristhene longe ut er mo.

Semele.

Semele, Cadmi filia, matérque fingitur Bacchi

Cadmeis dicta, Ovid. Talibus ignaram luno Cadmeida dictis formarat

Formosa, Euchia, Thebana miserabilis.

Semiramis.

Semiramis, Assyriorum regina formosa, Ovid. Qualiter in Thalamos formosa Semiramis esse Dicitur. Regina Babylonica vocatur.

Sicilia.

Sicilia, Sicania, Sicula tellus, Trinacria, Trinacris, triquetra, triquetris vocatur, Ovid. lib. 1. Metam. Vesta Giganteis injecta est insula membris, Trinacris, Stat. lib 2. ser. Quid militibus promissa triquetra, Lucretius, lib. 1. Insula quam triquetris terrarum gessit in oris, Sicelis ora quoque dicitur,

Siculi.

Siculi, Sicani, Sicanii, Lilybæi à Lilybæo promontorio: Virg. lib. 3. Æneid. Et vada dura ego saxi, Lilybæi cæcis

Ennæi, ab Enna urbe

Liparæi & Liparenses, à Lypara insula. Sidon. Stravit sub Liparensibus caminis.

Taurominitani à Tauromino monte Siciliæ, Nesciades,

Arethusii, & Arethusæi, ab Arethusia fonte Siciliæ, Sillius lib. 14. Erigitur subitas in spes Arethusia proles, Claud lib. 2. de raptu, Quas Arethusæ latices, quas advena nutrit Alpheus

Agathoclæi, ab Agathocle rege Siciliæ. Sil lib. 14. Hic Agathoclæis sedes ornata trophæis

Dicuncur etiam ab insulis vicinis Siciliæ, Æoli. Depranitani à Depranо promontorio Siciliæ, Sido.

Agonem Depranitanum.

Sina.

¶ Sina Arabiæ mons, qui Oreb. quoque dicitur, in quo Mosesi legem accepit.

Sirenes

Sirenes à Poetis finguntur filiæ Acheloi & Calliopes Muſæ in Siculo mari habitantes; Ovid. monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora Quaſlibet admiſſas detinuere rates
Acheloides & Achealoides dictæ Ovid. Achealoidumque reliquit Sirenum ſcopulos, Tyrrhenæ, Acheloiæ volucres
Siculæ, ſubdolæ, dulces, blandæ, vagulæ, virgines, volucres.

Siſyphus.

Siſyphus pen. cor. σίσυφος, filius fuit Æoli, Latro in Iſtmo, qui hoſpites magno ſaxo opprimebat, & tandem à Theſeo occiſus grande ſaxum ſupra montem portare & devolvere cogebatur apud inferos. Ovid. Aut petis aut urges rediturum Siſyphe ſaxum.
Æolides dictus & Æolius ſenex deſeſſus, inquietus, Infelix, Hortator ſcelerum, Virg.

Sol.

Sol ἥλιος, Hebræis Schemech dicitur Aſſyriis Adad. Perſis Mitra μίθρα
Phœbus, φοῖβος
Phœbeius orbis, ignicomus, calidus, radiatus
Titan, avus ſolis, unde ſol quoque dicitur
Apollo quaſi mala pellens, Rean. ἀπὸ τοῦ πάλλειν
Liber prima prod.
Janus, Dieſpiter, quaſi diei pater, Horat. Matutine pater, ſeu Iane libentius audis
Aorus, Planes, Pont. Hunc nitidum Phaneta vocant, quod ſurgat Eoo.
Oculus mundi, Cabel. Mundanuſque oculis fulgor ſplendentis olympi.

Strophades.

¶ Strophades, inſulæ duæ in Ionio mari, ab aliis Plotæ dictæ.

Symplegades.

Symplegades συμπληγάδες, antepenult. prod. inſulæ duæ in Boſphoro, Cyaneæ ab aliis dictæ, Sabaudia, vide ſupra Allobroges.

Syracuſani.

Syracuſani & Syracuſii, & Arethuſidæ ab Arethuſa fonte Pachino, Syracuſiſque præclariſſimæ Siciliæ urbi vicino ſic dicti, Ovid. utque Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis Claudius.

Syria.

Syria Aſiæ regio nobiliſſima continens in ſe Phœniciam, Meſopotamiam, Paleſtinam in qua Iudæa, & Babylonia, quæ & Aſſyria dicitur.
¶ Hinc Syri σύριοι Serii Siriaci. Iudæi, Phœnices
Paleſtina, à Philiſtim ſic dicti, Orontæi ab Oronte fluvio Phœniciæ.

Syrtes.

Syrtes duo ſunt loca ſive ſinus periculoſiſſimi in extrema Aphrica, quas efficit inacceſſas mare reciprocum ac vadoſum
Paretoniæ à Paretonio urbe Ægypti dicti, Lepticanæ quoque à Lepti urbe Affricæ, Luca. Uſque Paretonias Eoa ad littora ſyrtes. Afræ, Lybicen, vadoſæ, arenoſæ, barbaræ, naufragæ. æſtuoſæ, procelloſæ.

T

Tantalus.

Tantalus, Jovis filius, Phrygiæque rex
Pelopis inīquus pater, Horat
Garrulus Phrygius ſenex, Senec.
Vocatur, Sitibundus ficcus proditor.

Tartari.

Tartari, Nomades primùs dicti.

Tarteſſus, Cartia, vide *Cartias.*

Temſa.

Tempſa, Temeſe, τεμέσον
Brutiorum oppidum.

Tereus.

Tereus, τηρεὺς diſſyllaba, rex Thracum Martis ex Biſtonide nympha filius
Biſtonius rex, Virg. dictus
Odriſius rex, Ovid.
Thracius, Threicius, Iſmarius tyrannus, Ovid. Quid ſcelus Iſmarii quereris Philomela, tyranni, Impius, Inceſtus, infidus, immitis, iniquus, Stat. Ut iniquum Terea clamat.

Teucer.

Teucer filius Telamonis regis Salaminis ex Heſiona Laomedontis filia.
Laomedontiades hinc dictus, Mant.
Laomedontiadem Teucrum genitoris ob iram è patria pulium. Salaminius quoque dictus.

Thales.

Thales, unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus
Mileſius, Mileto genitus, Sido
Thales Mileto genitus vadimonia damnans.

Thebe.

Thebe, bes, Theba, bæ, & Thebarum civitas in Ægypto, à Buſiride rege Ægypti condita, Græcis Heliopolis, Solis civitas vocatur, centum & quadraginta ſtadiorum quæ centum habuit portas, Juve. Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis venuſta, nobilis, inclita, clara centiforis, hecatompulis.

¶ Hinc Thebais, idos, Θηβαὶς & Thebaida dæ, ab accuſativo Græco ac regio Thebaica à Thebe ſic denominata, Ægypti pars ſecundum Nilum, hujus frequens mentio in vitis patrum

Eſt alia Thebe in Bœotia à Cadmo Agenoris filio, aut ut alii volunt, ab Ogyge ædificata, & poſt ab Alexandro magno everſa, quæ & Draconigera dicebatur, quam heptapylon vocat Apuleius, quod Septem portas habuerit

Direæ à Dirce fonte dicta.

Thebani.

Thebani, Thebæi, Θηβαῖος

Themiſtocles.

Themiſtocles, Athenienſis Neocus filius, hinc vocatus
Neoclides, Ovid. Arma Neoclidem qui Perſica contudit armis.

Thermodontiæ.

Thermodontiæ & Thermodontiaci, Sacræ, Arimei, Scythiæ Aſiaticæ ſunt populi, Plin. lib. 6. Ultra ſunt Scytharum populi, Perſæ illos Sacas univerſos appellavere à proxima gente; antiqui Arameos.

Theſeus.

Theſeus filius fuit Ægei regis Athenarum.

Ægides

Ægides, nunc dictus Sido, Atticus
Ægides rupit Marathonide quercu
Heros Troexenius, Ovid. His
Ixionides, illic Troezenius heros,
Cecropides
Neptunus à Neptuno patre secundum
Plutarchum perfidus, perjurus, cru-
delis, ingratus, armiger.

Thessalia.

Thessalia, Æmonia, Pharsalia, Æma-
thia, Amathetis aut Thessalis ora,
Macedonia, prius dicta
Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis uxore
Campi Philippici, Larissa
Mynia Pagasea Pellua arva
Iolciacum solum.

Thessalici.

Thessalici, Thessalidæ, Iolciaci ab
Iolcho Thessaliæ civitate: Virg. in
Cyri Regis Iolciacis animum defi-
gere votis. Melibœi, & Melibenses
à Melibœa urbe Thessaliæ, Pegasæi
à Pegasa urbe, Ovid. lib. 7. Iamque
fretum Minyæ Pegasæa puppe secabant.
Atracil, Atracidæ, ab Atracio, qui Ma-
gicas artes ibidem edocuit
Penei à Peneo fluvio Thessaliæ, Ovid.
lib. 12. Exigit Atracides, Peneiaque
arva pererrat
Lapithei à Lapithis populis Thessaliæ.
Idem Ovid. Et cum Lapitheia tecta
intrarant
Pelethronii à populis ejusdem nominis,
Peliaci à Pelio monte Ovid. 1. Fast.
Summáque Peliacus sydera tangat
apex
Pheræi, Seneca Pastor Pheræos Delius
pavit greges, Ovid. in epist.
Ipse repertor opis vaccas pavisse Phe-
ræas Fertur
Amphrysiaci ab Amphryso fluvio, Stat.
lib. 1. Syl. Ant. Amphysiaco pastor de
gramine campi
Pharsalii, Pharsalici, Luca. lib. 6.
Qua juga devexus Pharsalica porrigit
Hemus
Hemonii, Hæmonidæ, Poli in Manto
Hæmonidis refer & Brontem, Vulca-
niaque antra, Val. Flac. lib. 6. Sunt
littore fixi Hæmonida
Magnesses & Magnessi à civitate Mag-
nesia, fœminina magnesis Magnessis,
Horat. lib. 1. Car.
Magnessam Hyppolitem dum fugit
abstinens
Larissæi à Larissa Thessaliæ oppido
Centauræi à Centauris, Statius
Sperchiusque minax, centaureusque
Lycormas
Lapithonii à Lapithis. Idem Stat.
Confudère modos, puerum Lapitho-
nia nympha
Ossæi ab Ossa monte, Stat. lib. 12.
Nec Ossæi bello cecidere bimembres
Pholoëtica à Pholoe, Sido. Non sic
Pholoetica monstra, Atque Pele-
tronios, Lapithas Semeleius Evan
Miscuit.
Æmathii Philippæi à Philippis campis
Thessaliæ, Luca. Romanos acies ite-
rum videre Philippi.

Thetis.

Thetis, idos, uxor Pelei Regis Thessaliæ
filia Nerei, Amphitrite
Achillis Mater, primam cortipicas in-
ter maris refertur numina, à poetis
passim vocatur Nereis, Nerei filia,
Ovid. Nereis ingreditur consueta
cubilia Doris
Mater Cerulea, aquosa, æquorea, undi-
flua, undosa, circumflua, undivaga.

Thracia.

Thracia, Thraceses, & Thraca, ca.
Θρᾴκη, Ovid. Armigeram Thracen
qui regat alter erit
Lycurgi regna, Ismaria, Rhodopopeia
Tellus, Scytonia, Strymonia
Bistonia,

Biſtonia, Biſtonis, Schytonis ora
Terra Ædonis ab Ædone monte Thraciæ, Mavortia, gelida, horrida, ſæva, bellicoſa.

Thraces.

Thraces, Thraci, Thracii, & Thracenſes
Mantini, à Mantinis Thraciæ populis, Virg. in Cyri. Votò Mantina ſi qui de gentæ ventris
Iſmarii ab Iſmaro monte Thraciæ
Pangæi à Pangæo Thraciæ promontorio, Ovid. lib. 3. Faſt. Iamq; erat ad Rhodopem Pangæaq; flumina ventum
Odryſii à populis ejuſdem nominis Scyonii Edonides
Rhodopeii à Rhodope monte
Abderitani, ab Abdera urbe Thraciæ, Mart. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes
Biſtones, Biſtonii, Biſtonidæ, à Biſtone fluvio
Oeagrii ab Oeagro fluvio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius
Ædoni ab Ædone Thracis monte
Boſphorani, Boſphorei, Sidon.
Boſphoreis Elephas inglorius ora tributis
Boriſthenidæ à Boriſthene fluvio Thraciæ Bap. Pius, Mitior ad ſævos aura Boriſthenides.

Thule.

Thule inſula ultra Britanniam & Orchadas, ultima ex cognitis à Romanis: Unde Virg. in Geor. Tibi ſerviat ultima Thule. Nunc Iſlandia vocatur. Terra glacialis Ulterior terra inventaque Gronilandia Finlandia ſeu Finnovia, ut Plin. ſcribit, & Laponia.

Thuſci.

Thuſci, Ethruſci, Tyrrheni.

Thyeſtes.

Thyeſtes Pelopis fingitur filius, Atrei frater, Tantalique nepos
Tantalides hinc dictus Ovid. Tantalidæ fratres abſint & Iaſonis uxor.
Dirus, crudus, rigidus, ſævus.

Tigris.

Tigris τίγρις è paradiſo terreſtri ereditur habere originem propter velocitatem ſic dictus, nam inſtar belluæ nimia velocitate decurrit pergitque contra Aſſyrios
Achæmonius dictus, i. Perſicus ab Achæmone Perſarum rege, Claud. Miſit Achæmonio quicquid de Tigride Mædus Violentus, rapidus, rapax, celer.

Tityus.

Tityus, triſyllab. Terræ creditur filius, tantæ magnitudinis gigas ut jacens novem occuparet jugera, Ovid. Viſcera præbebat Titius lanianda, novemque jugeribus diſtrictus erat
Alumnus terræ hinc dictus, Virg.
Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum
Et Terrigena, Statius, Terrigenam Titium, Fœdus, incontinens.

Tongrinum.

Tongrinum, Octavia dicebatur quum regni caput eſſet condita à Torgoto, 597. annis ante Chriſti adventum.
¶ Tongri Galliæ Belgicæ populi vulgo Brabantini vocantur.

Trajectum.

Trajectum Moſæ à trajiciendo ſic dictum, & ſuperius vocatum, Brabantia

tiæ œllimitaneum, à nonnullis Advaticum vocatur.

¶ Trajectum inferius, quod & Ultra trajectum & prius Wiltaburgum vocabatur, nunc Archiepiſcopi ſedes.

Troja & Trojani.

Troja, Teucria
Dardania, Pergamus
Troas civitas ipſa, teſte Hier. & regio in qua Troja
Ilion & Ilios, celeberrima olim Phrygiæ civitas
Arx erichthonia, Priameia regna
Sanctis in Rhemi ripa olim parva Troja dicebatur, eſt ſub ducatu Clivenſi, condita à Trojade. Vetera nuncupatur à Cæſare.

¶ Trojæ Epitheta. Verus, antiqua, perjura, perfida, Dardana, Phrygia, Idea, Hectorea, Laomedontæa à rege Laomedonte.

Trojani, Troes, Troici, Trojugenæ, Erichthonii ab Erichthonio filio Dardani, Virg. In Culice, urit Erichthonias oriens cum ignibus arces. Idem Erichthonias proſtravit funditus arces
Idæi ab Ida monte Ilii, Iliaci, Iliadæ, Æneadæ, Hectorei, Hectoridæ, Dardani, Dardanii, Dardanidæ, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrygii, Rhœtei à promontorio Trojæ, ut Sigæi, Pergamei
Laomedontæi, Laomedontiadæ, Anchiſæi, Anchiſiadæ, Priamæi, Priamidæ

¶ Trojanæ mulieres, Troades, Iliades. Teucrides, Dardanides.

Treveri.

Treveris, oppidum vetuſtum in Gallia Belgica
Auguſta Trevirorum, quod Romani olim inſignem curiam cauſarum cognoſcendarum ibidem habuerint, ſic dicta
Hinc Trevir.
Treviriorum, & Trevirenſes populi.

Tunetum.

Tunetum, aliter Tunitum, τυνὶς, civitas Aphricæ ſeu Libyæ, regis Libyci Metropolis, cujus incolæ Tunetæi & Tunicæ, τυνισίας, qui & Aphri, ſeu Aphricani.

Tyber.

Tyber, eris, Tybris, bris, & Tyberis hujus Tyberis, & in ſacris Tyberinus, Italiæ fluvius, qui prius vocabatur Albula ab aquarum colore, Ovid. lib. 2. Faſt. Albula quem Tyberim merſus Tyberinus in undis reddidit, hybernis forte tumebat aquis.
Tyberina palus, apud Prudent.
Appoeninigena, Ovid. Appoeninigenæ quam proxima Tybridis undis, Romuleus, Tuſcus, Auſonius, arenoſus, altus, nubilus, Tyrrhenus.

Tydeus.

Tydeus, filius fuit Oenei regis Ætoliæ ſeu Calidoniæ
Oenides Hinc dictus, Stat. Advolat Oenides
Oenius, Achelonius heros, Stat. Ecce furens rapto venienti Oeneius heros
Impiger, Egregius, fulmineus, turbidus, cruentus.

Typhæus.

Typhæus, triſſyl. alio nomine Typhon & Typhos. Similiter Terræ filius fingitur & Gigantum omnium ferè maximus. Centimanúſque & anguipes Ovidius, Nec quo Centimanum dejecerat igne Typhœa, arduus,

ornatus, vastus, tetricus, terribilis, ferus, immanis.

V.

Venetia.

Venetiæ, olim Henetia dicebatur, authore Servio, meliusque aspiratur, & frequentius plurali numero Venetiæ, ἐνετιαί, in mari Adriatico, civitas insignis

Urbs aquosa dicitur, Sab. pater urbis aquosæ, Dexter ades cœpris: ab Henetis populis sic dicta, qui post Bellum Trojanum cursum huc è Paphlagonia tenuere, authore Plin.

Veneti. Henoti, Paphlagones prius dicti.

Venus.

Venus amoris dea fingitur formosa, & è maris spuma orta. Unde vocatur Aphrodite, Aphrogenia ἀφρογένεια & Aphrodisia, diversa habens nomina à locis ubi Venerem summis honoribus coluerunt

Amathesia, Amathusius, & Amathuntis, ab Insula maris Ægei, quæ Amathus dicitur

Citheris, Cithereis, Citherea, & Cithereia à Cithera urbe

Cypris, Cypria, Cyprigena, Etycina in Cypro gentia, Mantuanus

Cyprigenæ campos

Idalis. Idalii regina

Idali, à monte Cyprio Idalio

Paphia. Diva, Paphi. Claud.

Alcidalia, ab Alcidalio fonte Bœotiæ

Dioniza. à Dione matre, Ausonius sacra Dioneæ matri

Spumigero orta salo

Nata frero, Mant.

Generrix Æneia, Æneadum

Luxuriæ nutrix

Scortorum præses & magistra

Mater Adulterii, libidinum, amorum

Mant. Mater adulterii Venus est, stuprique repertrix.

Ebria, insana, vinomadens, Ignea, incentiva, falax, nefanda, incesta, defultoria, fallax, blanda, voluptuaria, delicios, jucunda, lascivа, pernicios.

Vesperus.

Vesperus sub solis occasum refulgens, Vesper

Vesperugo, hesperus

Ἑσπερυγὸς, cum aspiratione

Nuncius, index noctis, apud Senec.

Virgilius.

Virgilius, Maro Andinus heros

Andius, seu Andæus vates à viro quodam patria Virgilii, qui Andes vocabatur juxta Mantuam

Latialis Homerus, apud Faust.

Homerus, Mantuanus, Maro

Minciades, Juvenal. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis

Mincigena quoque dictus, à Mincio fluvio, Mant. Et Iota Maronis æquora Mincigene doctus

Facundus, Fatidicus, altiloquus, grandisonus, Castalius.

Vlysbona.

Ulysbona, aut ut alii scribunt, Ulyssibona & Olisyppo, civitas in Hispania, Portugalliæ metropolis, hodie Lysbona vocatur, ab Ulysse condita. Strabo Ulysseam appellari scribit.

Vlysses.

Ulysses Græcè ὀδυσσεὺς, filius Laertæ regis Ithaces

Laertiades, à Laertia prole: hinc dictus Laertius heros

Dux Naritius ab insula Narito

Dux Dulichius, Ithacus, Ithacensis, à locis in quibus regnavit.

Labo-

Laborioſus, callidus, providus, diſertus, fallax, ſubdolus, cautus, varius, tardus, Pellitropus.

Urſa major & minor, vide *Arctos ſub litera A.*

Vulcanus.

Vulcanus, filius Jovis & Junonis, prius dictus Mulciber, quod ferrum mulceat: Ovid. Mulciberis capti Marſque Venuſque dolis.

Lemnius, cognominatus ab Inſula Lemno in quam cœlo dejectus decidit, ubi officinam dicitur habere, & deorum arma fabricare, Joviſque fulmina

Junonigena quoque dictus, Iunonius, Iovialis, Iunonia proles

Rex ignis, flammeus, ardens, ferrugineus, pulverulentus, niger, claudicans, Faber Iovis

Pater Lemnius, Virg. Hæc pater Æolliis properat dum Lemnius oris.

FINIS.